ANALECTA THEOPHRASTEA

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM

SVMMORVM IN PHILOSOPHIA HONORVM

AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

RITE OBTINENDORVM CAVSSA

VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE II MENSIS MARTII A. CIƆIƆCCCLVIII

PVBLICE DEFENDET SCRIPTOR

HERMANNVS VSENER

NASSOVIENSIS

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT

AVGVSTVS WILMANNS FRIDERICVS HANOW ADOLPHVS KIESSLING

REGII PHILOLOGORVM SEMINARII SODALES ORDINARII

LIPSIAE

TYPIS B. G. TEVBNERI

CHRISTIANO · AVGVSTO · BRANDISIO

FRIDERICO · RITSCHELIO

HVNC · LIBELLVM

GRATI · ANIMI · TESTEM

D · D

HERMANNVS · VSENER

I

DE THEOPHRASTI LIBRORVM TABVLA LAERTIANA

Theophrasti librorum disiecta membra in pristinae ubertatis aliquam speciem conposituro ut uia paullo planior expeditiorque sit quam qualis in eius generis studiis plerumque esse soleat, effecit Laertii Diogenis industria sterilis ea quidem et ieiuna sed utilitatis summae. nam poterat ille tunc temporis scriptoribus uti nunc prorsus deperditis qui lautissima doctarum curarum supellectili adfluxerant, atque utebatur. quare cum auctores dictorum factorumque ipse profert, non eius est sed illorum constituenda caussa; cum celat, id agendum nobis est ut qua ille ratione de fonte hauserit perspiciamus. nam ita tandem et de fonte ipso et de eius auctoritate pretioque integri iudices erimus. Quae cum in omnes quorum nobis quidem testimonio utendum sit scriptores cadere uideantur, tum uero maxime in ueterum philosophorum scripta ab Laertio enumerata. quae tabulae et tam uariis rationibus adornatae et ad Laertii consilium atque institutum adeo non adcommodatae pleraeque sunt, ut conuersa esse quae maxime praesto erant in usum suum a scriptore pateat nihil mutante nisi quod in breuius contraheret. quo fit ut facilior de Laertii in hoc genere auctoribus coniectura sit. itaque cum is locus quo Theophrasti libri recensentur tum mihi philosophi Eresii reliquias conligenti grauissimus fuisset, tum uiris doctis eo maxime nomine attendendus esset, quod ceteris eius modi tabulis integrius seruatus coniecturae de antiquorum πιναχογράφων more capiendae copiam facit, illum ex re uisum est ita oculis subicere ut unicuique lecturo sui iudicii facultas suppeditaretur. confirmabant in eo me consilio Laertii editores quos ad hunc usque diem omnes de illa tabula praue statuere uidebam. adiunxi eidem tabulae relicua antiquitatis de Theophrasti librorum titulis testimonia.

Verum cum in tanta Laertianae scripturae e libris manu scriptis enotatae paucitate undecumque materiam quasi fundamenti struendi conquirerem, opportune accidit ut a Friderico Ritschelio praeceptore optimo admonitus ad C. G. Cobetum uirum praestantissimum auderem epistulam dare, qua ut de Laertii V 42—50 librorum Italicorum scriptura certiorem me faceret, philologum Batauum rogarem. cuius humanitas liberalitasque longe spem meam superauit. nam cum Iacobus Geelius uir mea laude maior itinere Bonnam paullo postea peruenisset, non ea tantum quae a Cobeto petieram, sed integram librorum Laurentianorum conlationem ad exemplum Meibomianum institutam secum attulit, quo mihi accuratius de librorum auctoritate suppeteret iudicium. cuius liberalitatis non possum non ex animo gratias agere uiro egregio. Id unum in hac fortunae benignitate minus prospere euenit quod in eo loco de quo agitur Laurentianum pl. LXVIIII 13 (F) tantum Cobetus excusserat, antiquissimum eum quidem sed cui libros eiusdem plutei 28 et 35 non uno nomine praestare intellegas. nam illius librarius et breuitatis studio aperte ductus est neque eam exhibuit Laertii scripturam quae ad antiquissimam speciem propius ubique accedat. quare cum de libris Arundeliano (A) et Cantabrigiensi (C) parum essemus ab Thoma Galeo edocti qui sicubi ab exemplo Romano illi discreparent adnotauit in Diogenis Meibomiani uol. II p. 557 sq., Monacensis (M) autem infimae notae esset, quaecumque exemplaria ad libros manu scriptos expressa esse constat excutere discrepantiamque diligenter enotare constitui. sunt autem haece Aldinum Aristotelis uolumini alteri a. CIƆCCCCLXXXXVII praemissum (v), Basiliense Frobeni CIƆIƆXXXI (f), Stephanianum (ς) anni CIƆIƆLXX de quo cf. Morellius bibliothecae manuscr. I p. 258, Romanum (r) a Petro Aldobrandino curatum a. CIƆIƆLXXXXIIII a quo Stephanianis exceptis posteriores Laertii editiones omnes pendent; denique interpretationes Ambrosii (α) et Thomae Aldobrandini (β). illius autem exemplum Stephaniano magis integrum nanctus non sum: nam quo praeter hoc utor Gryphianum a. CIƆIƆLVIIII uereor ne neglegentius expressum sit, relicua uero quaecumque uidi a Benedicto Brognolo interpolata sunt.

ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΒΙΒΛΙΩΝ

Laertii Diogenis V 42—50

Καταλέλοιπε δὲ (Θεόφραστος) βιβλία [καὶ αὐτὰ] ὅτι μάλιστα πάμπλειστα ἃ καὶ αὐτὸς ἄξιον ἡγησάμην ὑπογράψαι διὰ τὸ πάσης ἀρετῆς πεπληρῶσθαι. ἔστι δὲ τάδε

*Ἀναλυτικῶν προτέρων α̅ β̅ γ̅ ἀναλυτικῶν ὑστέρων α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ς̅ ζ̅ περὶ ἀναλύσεως συλλογισμῶν α̅ ἀναλυτικῶν ἐπιτομή α̅ ἀνηγμένων λόγων α̅ β̅ ἀγωνιστικῶν ἢ τῶν περὶ τοὺς ἐριστικοὺς λόγους θεωρίας * περὶ αἰσθήσεων α̅ πρὸς Ἀναξαγόραν α̅ περὶ τῶν Ἀναξαγόρου α̅ περὶ τῶν Ἀναξιμένους α̅ περὶ τῶν*

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 1—2 *βιβλία πλεῖστα καὶ αὐτὰ ἄξιον* **F** || 1 *καὶ αὐτὰ* Palatinus Menagii **r***β* *καὶ αὐτὸς* **ACvfς***α* *καὶ αὐτὸς βιβλία* **M** uncis inclusi ut ex dittographia u. sq. orta || 2 *αὐτὸς* **fςr** *αὐτὰ* **ACFM** 'membranae regiae' Menagii **v***α* || *ἡγησάμην ἄξιον* **M** || 6 *λόγων* emendauit Brandisius mus. rhen. uet. I p. 268 *τόπων* libri et Suidas || 7 *ἀγωνιστικῶν* **ACFMvfς** *ἀγωνιστικὸν* **r** || *ἢ τῶν* scripsi (cf. Schmidtius de Theophr. rh. p. 24) *τῆς* libri *concertatio eorum quae spectant ad litigiosos sermones* *β* *speculationes eorum quae circa contentiosam orationem uersantur* *α* *τοὺς* om **F** || 8 deest α̅ β̅ cf. p. 7, 7 || *αἰσθήσεως* **vf***β* || 9 *περὶ τῶν Ἀναξιμ.* α̅ om **v**

TESTIMONIA 4 *Θεόφραστος δ' ἐν τῷ πρώτῳ τῶν αὐτοῦ προτέρων ἀναλυτικῶν* Alexander in anal. f. 39 u. 51 r. 109 u. sq. 131 u Simplicius in Ar. de caelo p. 509 a 3 Brand. *ἐν τοῖς ἰδίοις ἀναλυτικοῖς* Alex. f. 131 u || *ἐν τοῖς ὑστέροις ἀναλυτικοῖς* Alex. quaest. I 26 *γεγράφθαι δὲ λέγω ὑπὲρ αὐτῆς* (τ. *ἀποδείξεως*) *ἄριστα τοῖς περὶ Θεόφραστον — κατὰ τὰ τῶν δευτέρων ἀναλυτικῶν βιβλία* Galenus uol. V p. 213 Kuehn. || 5 *Θ. ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Περὶ ἀναλύσεως συλλογισμῶν* Alex. in anal. f. 115 r || 6 *τὰ Θεοφράστου δύο τὰ ἐπιγραφόμενα Ἀνηγμένων λόγων εἰς τὰ σχήματα* Alex. in anal. f. 115 r || 8 *de sensu et sensili* Abulfaragius Wenrichii p. 175 || 8. 9 *ἐν τῷ περὶ Ἀναξαγόρου δευτέρῳ* Simplicius in phys. f. 35 u

Ἀρχελάου α περὶ ἁλῶν νίτρου στυπτηρίας α̅ περὶ τῶν ἀπολελιθωμένων α̅ β̅ περὶ τῶν ἀτόμων γραμμῶν α̅ ἀκροάσεων α̅ β̅ περὶ ἀνέμων α̅ ἀρετῶν διαφοραί α̅

περὶ βασιλείας α̅ περὶ παιδείας βασιλέως α̅ περὶ βίων α̅ β̅ γ̅

περὶ γήρως α̅

43 περὶ τῆς Δημοκρίτου ἀστρολογίας α̅ *τῆς μεταρσιολεσχίας α̅ περὶ τῶν εἰδώλων α̅ περὶ χυμῶν χροῶν σαρκῶν α̅ περὶ τοῦ διακόσμου α̅ περὶ τῶν ἀνθρώπων α̅ τῶν Διογένους συναγωγή α̅ διορισμῶν α̅ β̅ γ̅

ἐρωτικός α̅ ἄλλο περὶ ἔρωτος α̅ περὶ εὐδαιμονίας α̅ περὶ εἰδῶν α̅ β̅ περὶ ἐπιλήψεως α̅ περὶ ἐνθουσιασμοῦ α̅ περὶ Ἐμπεδοκλέους α̅ ἐπιχειρημάτων α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ς̅ ζ̅ η̅ ϑ̅ ι̅ ια̅ ιβ̅ ιγ̅ ιδ̅ ιε̅ ις̅ ιζ̅ ιη̅ ἐνστάσεων α̅ β̅ γ̅ περὶ ἑκουσίου α̅ ἐπιτομὴ τῆς Πλάτωνος πολιτείας α̅ β̅

περὶ ἑτεροφωνίας ζώων τῶν ὁμογενῶν α̅ περὶ τῶν

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 1 *νίτρον* rς || 2 *ἀπολελιθωμένων* scripsi coll. Theophr. de lap. 39 *λιθουμένων* **AC(FM)αvfς** *αἰθουμένων* **rβ** || *τῶν* ante *ἀτ.* om **F** || *ἀκροάσεων* scripsi *ἀκροάσεως* libri || 7 * intercidit *περὶ* || 8 *περὶ τῶν χυμῶν* **F** || 9 *περὶ διακόσμου* **F** || 9. 10 *περὶ ἀνῶν. τῶν διογ. συναγω.* **F** *περὶ τοῦ περὶ ἀνθρώπου* **M** *περὶ τοῦ περὶ ἀνθρώπων* **v** *περὶ τοῦ ἀνθρώπου* **fβ** || 11 *ἐρωτικὸς πρῶτος* **M** || *εὐδαιμ. πρῶτος* **M** || 13 fort. *περὶ τῶν Ἐμπ.* || *de epicherematis* α || 14 *ἐνςάσεως* **v** || 15 α̅ β̅ om β || 16 *περὶ ἑτεροφ.* — α̅ om **M**

TESTIMONIA 1 de nitro: Plinius n. h. XXXI 106—122 || 2 *Aristoteles ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Περὶ τῶν ἀτόμων γραμμῶν ὃ τινες εἰς Θεόφραστον ἀναφέρουσι* Ioannes grammaticus in Ar. de gen. et corr. f. 8 u Simpl. in Ar. d. caelo p. 510 b 10 Br. contra idem in phys. f. 114 u || 4 *ἐν τῷ περὶ βασιλείας* schol. in Plat. rem p. VIII 533 C Suidas et Photius u. *τιάρα* cf. § 49 || 5 cf. A. Vppenkampius de origine conscr. hist. litt. p. 21 || 11 *ἐν τῷ ἐρωτικῷ* Athenaeus XIII p. 562 E. 567 B. 606 C *ἐν τῷ περὶ ἔρωτος λόγῳ* Strabo X p. 478 || *Θεόφρ. ἐν τῷ περὶ εὐδαιμονίας* Athen. XII 543 F. XIII 567 A Bekk. anecd. gr. I 104, 31 *in eo libro quem scripsit de uita beata* Cicero tusc. disp. V 9, 24. 5, 12 || 12 *liber de caducis* Apuleius apol. 51 p. 511 Oudend. || *ἐν τῷ περὶ ἐνθουσιασμοῦ* Athen. XIIII 624 A *ἐν τῷ π. ἐνθουσιασμῶν* Apollonius h. mir. 49 || 15 cf. Laertius V 22 || 16 *ἐν τῷ περὶ ἑτεροφωνίας τῶν ὁμογενῶν* Athen. VIIII 390 A || 16—p. 5, 1 *π. τῶν ἀθρόως φαινομένων* Photius cod. 278

ἀθρόον φαινομένων α̅ περὶ δακέτων καὶ βλητικῶν α̅ περὶ
τῶν ζώων ὅσα λέγεται φθονεῖν α̅ περὶ τῶν ἐν ξηρῷ δια-
μενόντων α̅ περὶ τῶν τὰς χρόας μεταβαλλόντων α̅ περὶ 44
τῶν φωλευόντων α̅ περὶ ζώων α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ϛ̅ ζ̅
περὶ ἡδονῆς ὡς Ἀριστοτέλης α̅ περὶ ἡδονῆς ἄλλο α̅
θέσεις κδ̅ περὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ α̅
περὶ ἰλίγγων καὶ σκοτώσεων α̅ περὶ ἱδρώτων α̅
περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως α̅ Καλλισθένης ἢ
περὶ πένθους α̅ περὶ κόπων α̅ περὶ κινήσεως α̅ β̅ γ̅

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 1 ἀθρόον FMv cf. Photius bibl. p. 527 b 12. 528 a 24 *subito* α ἀθρὸ ων ceteri ἀθρόως Photii cod. 278 || καὶ om v || 2 φθονεῖν (AC) FMv Palatinus Menagii rβ φρονεῖν fϛα. α̅ om β || 3 prius α̅: *duo* α || χρείας f || 5 περὶ ἡδονῆς ἄλλο α̅ om ϛr || 6 θέσεις κα̅ Cf *Thesis XXIV* β || 7 ἰλίγμων M *de uertigine et obtenebratione* α || ἱδρώτων F et Theophrastei libri ἱδρῶτος relicui || α̅: ἓν M || 8 περὶ καταφάσεως α̅ καὶ ἀποφάσεως Fv || 9 κόπου v

---

TESTIMONIA 1 ἐν τῷ περὶ τῶν δακέτων καὶ βλητικῶν Athen. VII 314 B *de -- morsibusque simul nociuis* Priscianus ad Chosr. || 2 *de inuidentibus animalibus* Apuleius apol. 51 Photius cod. 278 || ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῷ ξηρῷ διατριβόντων ζώων Athen. VII 317 F — διαιτωμένων id. 312 B περὶ τῶν ἰχθύων τῶν ἐν τῷ ξ. διαμενόντων Theophr. Schneideri I 825 περὶ ἰχθύων libri ms. || 3 ἐν τῷ περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χρόας Athen. VII 317 F Photius cod. 278 || 4 ἐν τῷ περὶ τῶν φωλευόντων Athen. VII 314 B || ἐν τρίτῃ περὶ ζώων Athen. VIIII 387 B || 5 *Aristotelis* π. ἡδονῆς Laert. V 22 || Θεόφρ. δ' ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς Athen. XII 526 D. 511 C Χαμαιλέων ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς· τὸ δ' αὐτὸ βιβλίον καὶ ὡς Θεοφράστου φέρεται Athen. VI 273 C Θεόφρ. ἢ Χαμαιλέων ἐν τῷ π. ἡ. id. VIII 347 E || 6 Θεοφράστου θέσεις Athen. IIII 130 D Theo progymn. 2 p. 165 W. Alex. in top. p. 16 || ἐν τῷ περὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ γράμματι Galenus XVII 2 p. 405 K. || 7 ἐκ τοῦ περὶ ἰλίγγων Photius cod. 278 || τοῦ αὐτοῦ περὶ ἱδρώτων id. || 8 Θεοφράστου βιβλίον ὃ περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως ἔγραψε Galenus XVIIII p. 42. 47 *in eo libro quem de affirmatione et negatione composuit* Boetius p. 283, 44. 284, 37. 318, 29 M. Rotae ἐν τῷ π. καταφάσεως Alex. in anal. f. 5 r. 21 u. 124 r. 128 r (bis) in top. p. 150 in metaph. p. 229, 26 Bon. || ἐν τῷ Καλλισθένει Alexander de an. II 27. f. 162 u *in Callisthene suo* Cicero tusc. V 9, 25 *Th. interitum deplorans Callistheni sodalis sui* id. ib. III 10, 21 || 9 ἐκ τοῦ περὶ κόπων Photius cod. 278. cf. Galenus VI p. 190 || ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ κινήσεως Simplic. in phys. f. 225 r. 230 r. 23 r Themistius f. 54 u ἐν τῷ δευτέρῳ Simpl. phys. 94 r ἐν τῷ τρίτῳ id. ibid.

περὶ λίθων α̅ περὶ λοιμῶν α̅ περὶ λειποψυχίας α̅
Μεγαρικός α̅ περὶ μελαγχολίας α̅ περὶ μετάλλων α̅ β̅ περὶ μέλιτος α̅ τῶν Μητροδώρου συναγωγῆς α̅ μεταρσιολογικῶν α̅ β̅ περὶ μέθης α̅
νόμων κατὰ στοιχεῖον κδ̅ νόμων ἐπιτομῆς α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ϛ̅ ζ̅ η̅ θ̅ ι̅
45 πρὸς τοὺς ὁρισμούς α̅ περὶ ὀδμῶν α̅ | περὶ οἴνου καὶ ἐλαίου *.
πρώτων προτάσεων α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ϛ̅ ζ̅ η̅ θ̅ ι̅ ια̅ ιβ̅ ιγ̅ ιδ̅ ιε̅ ιϛ̅ ιζ̅ ιη̅ *νομοθετῶν α̅ β̅ γ̅ πολιτικῶν α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 2—4 περὶ μελαγχολίας α̅. μεταρσιολογικῶν α̅ β̅. περὶ μέλιτος α̅. περὶ τῶν μητροδώρου συναγωγῶν α̅. μεταρσιολογικῶς α̅ β̅. περὶ μέθης α̅. f || 3 μέλητος M μελίτων B Photii bibl. cod. 278 || περὶ τῶν libri || συναγωγῶν C(F)fϛa || 5 περὶ νόμων κατὰ F || 5—7 *Legum elementorum ordine I—X. Ad definitiones I β* || 7 ὀσμῶν v et libri Theophrastei || α̅ om rβ || 8 *numerus deest || 9 α̅—10 πολιτικῶν om M || 9 προτάσεων ιη̅ F || 10 intercidisse uidetur πολιτεύματα cf. Arist. pol. II 12 || 10—p. 7, 4 πολιτικῶν ϛ̅. πολιτικῶν πρ(ο) τοὺς κ(αι), δ̅. πολιτικῶν ε̅. περὶ παροιμιῶν α̅ F sed posita in margine uitii corrigendi nota

TESTIMONIA 1 ἐκ τοῦ περὶ λειποψυχίας Phot. cod. 278 || 3 ἐν τῷ Μεγαρικῷ Laertius VI 22 || ἐν τῷ περὶ μετάλλων Harpocr. p. 108, 25 Bekk. ἐν μεταλλικῷ Hesychius u. προσφανῆ (et σύζωσμα) Pollux X 149 ἐν τῷ περὶ μετάλλων εἴτε Ἀριστοτέλους ἐστὶ τὸ βιβλίον εἴτε Θεοφράστου Poll. VII 99. Theophrasto adsignant Alexander in met. II p. 161 Id. et Olympiodorus ib. 163, Aristoteli idem Olymp. I p. 133, Ioannes, Simplicius || 3 ἐκ τοῦ π. μελίτων (μελιττῶν uulgo) Phot. 278 || 4 ἐν τετάρτῃ (?) περὶ μεταρσίων Plutarchus quaest. gr. 7 ἐν τῇ τῶν μετεώρων αἰτιολογίᾳ (ex. em. Schneid.) Proclus in Tim. p. 417 Schn. ὁ Θ. ἐν τοῖς οἰκείοις μετεώροις Olympiod. in met. I p. 239 Id. || ἐν τῷ περὶ μέθης Athen. X 423 F cet. || 5 ἐν γ̅ νόμων Harpocr. p. 90, 26. 96, 18 ἐν δ̅ νόμων Harpocr. 108, 13 ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ νόμων lex. rhet. p. 667, 14 Pors. ἐν πέμπτῳ περὶ νόμων lex. rh. 667, 9 Pors. ἐν ζ̅ νόμων schol. Plat. leg. XI 937 D ἐν ι̅ νόμων Harp. 167, 15 (= ἐν τῷ περὶ νόμων Suidae u. συστομώτερον) Poll. X 19 ἐν ια̅ νόμων Harp. 103, 1 ιγ̅ id. 140, 29 ιε̅ id. 181, 3 ιϛ̅ id. 74, 11. 180, 2 ιη̅ id. 141, 28 (cf. Stobaeus floril. XXXXIIII 22) κ̅ id. 26, 12. 147, 19 ἐν τοῖς περὶ νόμων id. 34, 4. 65, 3. 107, 20 Iosephus c. Ap. I 22 Bekk. anecd. gr. I p. 443, 26 ἐν τῷ περὶ ν. Zenobius IIII 36 schol. August. Demosth. in Androt. 3 schol. Luciani p. 46 Iac. || 10 *Aristotelis* πολιτικῆς ἀκροάσεως ὡς ἡ Θεοφράστου α̅—η̅ Laertius V 24

ϛ πολιτικῶν πρὸς τοὺς καιρούς α̅ β̅ γ̅ δ̅ πολιτικῶν ἐθῶν α̅ β̅ γ̅ δ̅ περὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας α̅ προβλημάτων συναγωγῆς α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ περὶ παροιμιῶν α̅ περὶ πήξεων καὶ τήξεων α̅ περὶ πυρός α̅ β̅ περὶ πνευμάτων α̅ περὶ παραλύσεως α̅ περὶ πνιγμοῦ α̅ περὶ παραφροσύνης α̅ περὶ παθῶν α̅

περὶ σημείων α̅ σοφισμάτων α̅ β̅ περὶ συλλογισμῶν ἀναλύσεως α̅

τοπικῶν α̅ β̅ περὶ τιμωρίας α̅ β̅ περὶ τριχῶν α̅ περὶ τυραννίδος α̅

περὶ ὕδατος α̅ β̅ γ̅ περὶ ὕπνου καὶ ἐνυπνίων α̅

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 1 **πολιτικῶν CFMvβ** ‘regius’ Menagii **πολιτικὸν** ceteri || **ἐθῶν** om **M** || 2 **α̅** post **πολιτείας** om **β** || 3 **ε̅** om **M** || **τήξεων καὶ πήξεων v** || 4 **πνεύματος** uolebat Meursius § 84 || 5 **πνιγμοῦ α̅ β̅ v** || 7 **περὶ** ante **συλλ.** om. **f** || librorum **λύσεως** emendaui coni. p. 3, 5 || 9 **περὶ τιμ. α̅ β̅** om **F**

TESTIMONIA 1 **ἐν α̅ τῶν πολιτικῶν τῶν πρὸς τοὺς καιρούς** Harpocr. p. 83, 1 **ἐν α̅** (immo **δ̅**) **τῶν πρὸς τοὺς καιρούς** Parthenius 18 **ἐν τῷ δ̅ τῶν πρὸς τ. κ.** id. 9 **ἐκ τοῦ δ̅ τῶν πολιτικῶν** Harp. 37, 16 (cf. codices eiusdem p. 83, 1). cf. Cic. de fin. V 4, 11 ad Attic. II 9, 2 Vide § 50 || 3 **ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν** Stobaeus flor. XXI 12 **ἐν τῷ παροιμιῶν** Harpocr. 36, 17 || 4 **β̅**: cf. Theophr. de igne 76 extr. || 5 **ἐκ τοῦ περὶ παραλύσεως** Photius cod. 278 || **ἐν δὲ τῷ περὶ πνιγμοῦ** Athen. II 66 F *de suffocatis ex Theophrasto* Oribasius ad Eustathium VIII 57 p. 132 Steph. || 6 **ἐν τῷ περὶ παθῶν** Simplicius in categ. *Δ* 8 r (Callierg.) cf. Galenus V p. 3 **γέγραπται μὲν οὖν — πολλοῖς τῶν φιλοσόφων θεραπευτικὰ συγγράμματα τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν, εἴρηται δὲ καὶ πρὸς Ἀριστοτέλους** (ad eum solum referri potest quod de ueteribus peripateticis dicit Aspasius Class. Iourn. XXVIIII p. 106) **καὶ τῶν ἑταίρων αὐτοῦ** || 7 **ἐν τῇ περὶ σημείων βίβλῳ** Proclus in Tim. p. 692. **Ἀριστοτέλους περὶ σημείων ὑδάτων πνευμάτων χειμῶνος εὐδίας** inscribit Marcianus 200, **Περὶ σημείων ὑδάτων καὶ πνευμάτων· ἀνωνύμου** index Aldinae CIↃCCCCLXXXXVII || 9 **ἐν τῷ πρώτῳ τῶν τοπικῶν** Alex. in metaph. p. 342, 30 Bon. **ἐν τῷ β̅ τῶν τοπικῶν** id. 372, 27 **ἐν τοῖς αὐτοῦ τοπικοῖς** id. in top. p. 31 Simpl. in categ. *Υ* 5 u || 11 **ἐν τῷ** (numero libri omisso) **περὶ ὑδάτων** epit. Athen. II p. 41 E Antigonus h. mir. 158 cf. Vitruuius VIII 4 || *quae dixit de somno et insomniis* Priscianus ad Chosroen prooem.

περὶ φιλίας α̅ β̅ γ̅ περὶ φιλοτιμίας α̅ β̅ περὶ φύσε-
46 ως α̅ β̅ γ̅ | περὶ φυσικῶν α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ϛ̅ ζ̅ η̅ ϑ̅ ι̅ ι̅α̅ ι̅β̅ ι̅γ̅
ι̅δ̅ ι̅ε̅ ι̅ϛ̅ ι̅ζ̅ ι̅η̅ περὶ φυσικῶν ἐπιτομῆς α̅ β̅ φυσικῶν α̅
β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ϛ̅ ζ̅ η̅ πρὸς τοὺς φυσικούς α̅ περὶ φυτικῶν
ἱστοριῶν α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ϛ̅ ζ̅ η̅ ϑ̅ ι̅ φυτικῶν αἰτίων α̅
β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ϛ̅ ζ̅ η̅

περὶ χυλῶν α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅

περὶ ψευδοῦς ἡδονῆς α̅ περὶ ψυχῆς θέσις μία.

Περὶ τῶν ἀτέχνων πίστεων α̅ περὶ τῶν ἁπλῶν δια-
πορημάτων α̅ ἁρμονικῶν α̅ περὶ ἀρετῆς α̅ ἀφορμαὶ
ἢ ἐναντιώσεις α̅ περὶ ἀποφάσεως α̅

περὶ γνώμης α̅ περὶ γελοίου α̅

DESCREPANTIA SCRIPTVRAE 1 περὶ φιλίας γ̅. περὶ φιλοτ. β̅ 'et sic semper' F ‖ 2—7 περὶ φυσικῶν ι̅η̅. ἕτερον περὶ φυσικῶν η̅. πρὸς τοὺς φυσικοὺς α̅. περὶ φυσ. ἱϛοριῶν ι̅. περὶ χυλῶν ε. F ‖ 4 γ̅ om v ‖ 4 et 5 librorum φυσικῶν emend. l. Casaubonus et Meursius 105 ‖ 5 ἱστορικῶν A ‖ 7 ε̅ ϛ̅ ζ̅ η̅ f ‖ 9 α̅ om F ‖ 9. 10 διαπορρημάτων M ‖ 10 περὶ ἀρετῆς α̅ om F ‖ ἀφορμαὶ — 11 ἀποφάσεως α̅ om f ‖ 11 περὶ ἀποφάσεως α̅ om β

TESTIMONIA 1 *scripsit Theophrastus tria de amicitia uolumina* Hieronymus uol. VI p. 517 B Vallars. *in libro eius de amicitia primo* Gellius I 3, 10 cf. Gualt. Burlaeus f. LXVIII u Colon. ‖ Θεοφράστου περὶ φιλοτιμίας Cic. ad. Att. II 3 extr. sic Victorius bene emendasse uidetur Medicei scripturam φιλοτείας ‖ 2 ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῶν φυσικῶν Alexander in metaph. p. 24, 5 ‖ 3 Θεόφρ. ἐν τῇ ἐπιτομῇ Laertius VIIII 21 ‖ ἐν ἀρχῇ τῶν αὐτοῦ φυσικῶν Simpl. in phys. f. 2 u ἐν τῷ πρώτῳ τῶν φυσικῶν id. 5 u. 201 u ἐν τρίτῳ τῶν φυσικῶν ἢ περὶ οὐρανοῦ id. f. 287 r ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν φυσ. δευτέρῳ δὲ περὶ ψυχῆς Themistius f. 91 r τὰ λοιπὰ τοῦ πέμπτου βιβλίου Priscianus metaphr. p. 284, 18 ἐν τῷ τεσσαρεςκαιδεκάτῳ (immo τωι α̅) τῶν φυσικῶν Simpl. in cat. Φ 4 u ἐν τοῖς ἰδίοις φυσικοῖς Simpl. in Ar. de an. f. 80 r ἐν τῇ ἰδίᾳ περὶ φύσεως πραγματείᾳ Ioannes gramm. in phys. a 1 u ἐν τοῖς φυσικοῖς Simpl. phys. f. 141 r. 149 u ‖ 4 Θεοφράστου δὲ τὰ πρὸς τοὺς φυσικούς non ut libri titulum profert Plut. adu. Colot. 14 ‖ 5 φυτ. αἰτ. VI tantum libros tenemus ‖ 7 libros περὶ χυλῶν testantur Galenus V p. 684 et Michael Ephesius in p. nat. f. 175 u ‖ 8 ψευδ. ἡδ. cf. Olympiodorus in Plat. Phil. p. 269 ‖ 12 ἐν τῷ περὶ γελοίου Athen. VIII 348 A

δειλινῶν ᾱ β̄ διαιρέσεις ᾱ β̄ περὶ τῶν διαφορῶν
ᾱ περὶ τῶν †ἀδικημάτων ᾱ περὶ διαβολῆς ᾱ
περὶ ἐπαίνου ᾱ περὶ ἐμπειρίας ᾱ ἐπιστολῶν ᾱ β̄
γ̄ †περὶ τῶν αὐτομάτων ζώων ᾱ περὶ ἐκκρίσεως ᾱ
| ἐγκώμια θεῶν ᾱ περὶ ἑορτῶν ᾱ περὶ εὐτυχίας ᾱ περὶ 47
ἐνθυμημάτων ᾱ περὶ εὑρημάτων ᾱ β̄
ἠθικῶν σχολῶν ᾱ ἠθικοὶ χαρακτῆρες ᾱ
περὶ θορύβου ᾱ
περὶ ἱστορίας ᾱ
περὶ κρίσεως συλλογισμῶν ᾱ περὶ κολακείας ᾱ πε-
ρὶ * θαλάττης ᾱ πρὸς Κάσανδρον περὶ βασιλείας ᾱ περὶ
κωμῳδίας ᾱ [περὶ μέτρων ᾱ]
περὶ λέξεως δ̄ λόγων συναγωγή ᾱ λύσεις ᾱ

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 1 **δειληνῶν FMvfs** || **τῶν** om **Ff** || 2 **περὶ τῶν ἀδικ.** — **διαβολῆς** ᾱ om **v** || **τῶν** om **f** || 4 † liber loco suo motus esse uidetur || ᾱ huius tituli et sequentis om **M** || **ἐκκρίσεων sr** || 6 ᾱ post **ἐνθυμ.** om **ACMf** || 8 ᾱ om **AMf** || 9 om **F** || 10. 11 **περὶ θαλάττης** ᾱ. **περὶ κολακείας** ᾱ **FMva** || 11 * fort. intercidit **κινήσεων** || **περὶ βασιλείας** ᾱ. **πρὸς Κάσανδρον** ᾱ **F** || 12 **περὶ μέτρων** omisso numero **F** **περιμέτρωνᾱ περὶ μετεώρων** 'omisso numero' **M** **περὶ μετεώρων** ᾱ relicui: inclusit Cobetus || 13 δ̄ scripsi ᾱ libri

---

TESTIMONIA 1 **περὶ τῶν κατὰ τόπους διαφορῶν** Athen. VII 317 F || 3 **ἐν ἐπιστολαῖς** Ptolemaeus Photii bibl. p. 148 b 20 **ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς Θεόφραστον** — **λέγειν** Hieronymus (Cardianus?) Athen. X 435 A **Θεοφράστου γράψαντος Εὐδήμῳ** Simpl. in phys. f. 216 r || 4 **π. τῶν αὐτομ. ζ.** cf. Theophr. c. pl. I 1, 2 || **π. ἐκκρίσεως**: Theophr. de sud. 1. 12. 14 || 5 **Θ. ἐν ταῖς εὐτυχίαις** Stobaeus ecl. II 6, 14 || 6 **καὶ Θεοφράστῳ δὲ γέγραπται τέχνη ῥητορικὴ περὶ ἐνθυμημάτων** proleg. in Hermog. IIII p. 35 Walz. || **ἐν τῷ περὶ εὑρημάτων** schol. BDL in Iliad. Α 449. schol. Pind. Ol. XIII 27 Clemens Alex. strom. I 16 p. 364, 8 P. || 7 **χαρακτῆρες** inscribitur libris ms. Theophr. || 10 **ἐν τῷ περὶ κολακείας** Athen. VI 254 D || 11 **Θεόφρ. ἐν τῷ πρὸς Κάσανδρον περὶ βασιλείας, εἰ γνήσιον τὸ σύγγραμμα· πολλοὶ γὰρ αὐτό φασιν εἶναι Σωσιβίου** Athen. IIII 144 E || 11. 12 **ἐν τῷ περὶ κωμῳδίας** Athen. VI 261 D || 13 **ἐν τοῖς περὶ λέξεως γραφεῖσι** Dionysius de Lysia p. 483 de conp. uerb. p. 101 R. primi libri index fuisse uidetur **περὶ τῶν τοῦ λόγου στοιχείων** Simpl. in categ. A 5 u || 13 ad **λόγων συναγωγὴν** pertinet fortasse **περὶ τῆς συναγωγῆς τῶν ὁμοίων προβλημάτων** anon. in anal. post. p. 287 Ald.

περὶ μουσικῆς α̅ β̅ —   περὶ μετεώρων α̅   Μεγακλῆς α̅

περὶ νόμων α̅   περὶ παρανόμων α̅

τῶν Ξενοκράτους συναγωγῆς α̅

ὁμιλητικός α̅   περὶ ὅρκου α̅

παραγγέλματα ῥητορικῆς α̅   περὶ πλούτου α̅   περὶ ποιητικῆς α̅   προβλήματα πολιτικὰ ἠθικὰ φυσικὰ ἐρωτικά
48 *α̅ | * προοιμίων α̅   προβλημάτων συναγωγῆς α̅   περὶ τῶν προβλημάτων φυσικῶν α̅   περὶ παραδείγματος α̅   περὶ προθέσεως καὶ διηγήματος α̅   περὶ ποιητικῆς ἄλλο α̅*

περὶ τῶν σοφῶν α̅   περὶ συμβουλῆς α̅   περὶ σολοικισμῶν α̅

περὶ τέχνης ῥητορικῆς α̅   περὶ τεχνῶν ῥητορικῶν εἴδη ι̅ζ̅

περὶ ὑποκρίσεως α̅   ὑπομνημάτων Ἀριστοτελικῶν ἢ Θεοφραστείων α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ς̅

φυσικῶν δοξῶν α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ς̅ ζ̅ η̅ θ̅ ι̅ ι̅α̅ ι̅β̅ ι̅γ̅ ι̅δ̅ ι̅ε̅ ι̅ς̅

φυσικῶν ἐπιτομῆς α̅

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE   1 *π. μουσ.* α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ς̅ **v** || *περὶ μέτρων* — 15 ς̅ post pag. 11, 4 *θεῶν* α̅ β̅ γ̅ conlocant **vα** nisi quod p. 10, 16—p. 11, 4 legitimo loco iterum ponit **v** || *μετεώρων* **F** *μέτρων* relicui || 5 *παραγγέλματα ῥητορικῆς α̅* om **F** || 6. 7 *πολιτικὰ φυσικὰ ἐρωτικὰ ἠθικά* **Fα** *φυσικὰ ἐρωτικὰ πολιτικὰ ἠθικά α̅* **M** || 7 * intercidit *περὶ* || *prouerbiorum unum* **α** || *περὶ τῶν* om **F** || *τῶν* om **v** || 9 *ἄλλο α̅* om **F** *ἄλλο* om **C** || 10 fort. *π. τῶν ζ̅ σοφῶν α̅* coni. Plut. Sol. 4 || 12 *π. τεχνῶν φράσεων ῥητ.* **C** *π. τέχνης ῥητορικῆς* **M** || 12. 13 *εἴδη ι̅ζ̅* **Cvfς** *εἴδη* ͵*ζ*. **F₁** *species septem* **α** *εἴδη ζ̅α̅* **M** *εἴδη ξ̅α̅* (**A**)**rβ** || 15 *θεοφρασίων* **Mf** *θεοφρασικῶν* **vα** || 16 *φυσικῶν δοξῶν ἐπιτ.* scribi iussit Meursius 172

TESTIMONIA   1 *ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ μουσικῆς* Porphyrius in Ptol. harm. uol. III p. 241 Wall. *ἀφ' ὧν Θ. εἴρηκε περὶ μουσικῆς· καὶ γὰρ ἔναγχος τὸ βιβλίον ἀνέγνων* Plut. quaest. conu. I 5, 2 p. 623 || *π. μετ.* cf. ad p. 6, 4 || 5 *ἐν τῷ* (*τοῖς* Parisinus A et Vaticanus Brandisii) *περὶ πλούτου* Aspasius in eth. nic. f. 51 u *in eo libro quem de diuitiis scripsit* Cicero de off. II 16, 56 Gualterus Burlaeus f. LXVIII u || 14 *Ἀριστοτέλης ἢ Θεόφρ. ἐν τοῖς ὑπομνήμασι* Athen. IIII 173 E. XIIII 654 D *Ἀριστοτέλης ἢ Θεόφρ.* epit. Athen. II 44 C. cf. ad p. 11, 12 || 16 *ἐν τῷ περὶ τῶν φυσικῶν δοξῶν* Taurus ap. Ioannem adu. Proc. VI 8 et 27 *Θ.* — *ἐν ταῖς τῶν φυσικῶν δοξῶν ἐπιτομαῖς* et *τὰς τοῦ Θεοφράστου βίβλους καθ' ἃς τὴν ἐπιτομὴν ἐποιήσατο τῶν φυσικῶν δοξῶν* Galenus XV p. 25 cf. p. 23 || 17 *σαφέστερόν μοι ταῦτα ἐν τῇ ἐπιτομῇ* (fort. *ἐν τοῖς εἰς τὴν ἐπιτομὴν*) *τῶν Θεοφρ. φυσικῶν διώρισται* Simpl. in Ar. de an. f. 38 r

περὶ χάριτος α̅   χαρακτῆρες ἠθικοί*
περὶ ψευδοῦς καὶ ἀληθοῦς α̅

Τῶν περὶ τὸ θεῖον ἱστορίας α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ϛ̅   περὶ θεῶν α̅ β̅ γ̅   ἱστοριῶν γεωμετρικῶν α̅ β̅ γ̅ δ̅   ἐπιτομῶν Ἀριστο- 49 τέλους περὶ ζώων α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ϛ̅   ἐπιχειρημάτων α̅ β̅   θέσεις γ̅   περὶ βασιλείας α̅ β̅   περὶ αἰτίων α̅   περὶ Δημοκρίτου α̅   περὶ διαβολῆς α̅   περὶ γενέσεως α̅   περὶ ζώων φρονήσεως καὶ ἤθους α̅   περὶ κινήσεως α̅ β̅   περὶ ὄψεως α̅ β̅ γ̅ δ̅   πρὸς ὅρους α̅ β̅   περὶ τοῦ δεδόσθαι α̅   περὶ μείζονος καὶ ἐλάττονος α̅   περὶ τῶν μουσικῶν α̅   περὶ τῆς θείας εὐδαιμονίας πρὸς τοὺς ἐξ Ἀκαδημίας α̅   προτρεπτικός α̅   πῶς ἄριστ' ἂν πόλις οἰκοῖτο α̅   † τὰ ὑπνήματα α̅   περὶ ῥύακος τοῦ ἐν Σικελίᾳ α̅   περὶ τῶν ὁμολογουμένων α̅   περὶ τῶν προβλημάτων φυσικῶν α̅   τίνες οἱ τρόποι τοῦ ἐπίστασθαι α̅   περὶ τοῦ ψευδομένου α̅ β̅ γ̅   τὰ πρὸ τῶν τόπων α̅

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE   1 περὶ — ἠθικοί om v[1] (uid. ad p. 10, 1) || περὶ χαρακτῆρος α̅ C || χαρακτῆρες φυσικοὶ ἠθικοί M χαρακτῆρες. ἠθικὸν περὶ ψ. v[2] || * deest α̅; *unum* α || 3 τῶν om F || 4 ἱϛοριῶν scripsi ex coni. Huebneri I p. XX.   π. (sic) ἱϛοριῶν F   ἱϛορικῶν relicui || *epitomes* β fort. ἐπιτομῆς || 4. 5 Ἀριϛοτ. πεζῶν ϛ̅ F || 5 α̅ — 8 ζώων om Cvf || 5 *De diis epicherematum duo* α   ἐπιχειρημάτων ἑπτά F || 5. 6 θέσεις τρεῖς M   *Thesis tres* β || 7 περὶ γενέσεως — 9 πρὸς ὅρους α̅ β̅ om pr M || 8 περὶ κινήσεως — 9 δεδόσθαι α̅ om f || 9 δ̅ γ̅ v || περὶ ὅρου. περὶ τοῦ δεδόσθαι. περὶ κινήσεως β̅ iterato titulo F || δίδοσθαι fϛ || 10 τῶν om F || 11 εὐδαιμονίας πρὸς AFMvfβ 'ms. regius' Menagii   εὐδαιμονίας α̅. πρὸς (C)ϛrα || 11. 12 προτεπτικόσ. πῶς v || 12 πῶς ἂν ἄριϛα πόλεις διοικοῖντο F || πόλεις οἰκοῖντο Mvα || α̅ omittunt et utrumque librum coniungunt (F?)Mf || τὰ: fortasse ἱστορικὰ cum E. Koepkio de hypomn. gr. (1842) p 11   τὰ om C(F?)Mf || 14 περὶ τῶν π. φ. α̅ om α   τῶν om FM

TESTIMONIA   6 ἐν τοῖς περὶ βασιλείας Dionysius A. R. V 73 Plutarchus Them. 25 cf. ad § 42 || 12 Θ. ἐν ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι schol. Apollon. IIII 834

50 *Πρὸς Αἰσχύλον α̅ | ἀστρολογικῆς ἱστορίας α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ϛ̅ ἀριθμητικῶν ἱστοριῶν* ⁎ *περὶ αὐξήσεως α̅ Ἀκίχαρος α̅*
περὶ δικανικῶν λόγων α̅ περὶ διαβολῆς α̅
ἐπιστολαὶ αἱ ἐπὶ τῷ Ἀστυκρέοντι Φανίᾳ Νικάνορι
περὶ εὐσεβείας α̅ † Εὐιάδος α̅
περὶ καιρῶν α̅ β̅
περὶ οἰκείων λόγων α̅
περὶ παίδων ἀγωγῆς α̅ ἄλλο διάφορον α̅ περὶ παιδείας ἢ περὶ ἀρετῶν ἢ περὶ σωφροσύνης α̅ προτρεπτικός α̅
περὶ ῥυθμῶν α̅
ὁριστικὰ περὶ λέξεως συλλογισμῶν α̅
περὶ οὐρανοῦ α̅ || πολιτικῶν α̅ β̅ || περὶ φύσεως α̅
[περὶ καρπῶν περὶ ζώων]

Ἃ γίνονται στίχων Μ͵κ̅γ̅͵β̅ω̅ν̅.

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 1 *πρὸς Αἰσχύλον α̅* om α α̅ om M || 2 ⁎ numerus librorum intercidit, α̅ post Meursium Meibomius inculcauit: *ἱςοριῶν περὶ* uulgo continuatur || *ἀκίχαρὶς α̃* F || 4 fort. *αἱ ἐπιγραφόμεναι Ἀστυκρ.* || *αἱ* om M || *φιλα̅ν̅ίανικάνορι* F || 5 fort. *θυιάδες* || 6 *De temporibus unum β* || 7 α̅ om M || 8 α̅ post *διάφ.* om. M || 9 *προτρεπτικὸς πρῶτος* M || 11 *ῥυθμῶν* scripsi ex coni. Meursii 216 *ἀριθμῶν* libri || 13 *πολιτικῶν* CMvfϛ *πολιτικὰ β̅* F *πολιτικοῦ* (A)rαβ || α̅ om Fϛrβ || 15 *ΜκγΒ̅ω̅ν̅* C *Μ̅κ̅γ̅Β̅ω̅η̅* r(A) *μ͵β̅ω̅ν̅* FM *μ̂.͵β̅ω̅ν̅* ϛ *μ͵χώὺ* v *uersibus mille supra centum octoginta duobus* α *centum millibus uersuum duobus atque octoginta* β *quae fiunt uersus CCXXXII.dCCCl.* Ambrosius Brognoli.

TESTIMONIA 4 *ἐν τῇ πρὸς Φανίαν — ἐπιστολῇ* Laertius V 37 schol. Apoll. I 972 || 5 *Θεόφραστος* (*Θεόπομπος* libri) *ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας* schol. Aristoph. au. 1354 || 6 *Θεόφρ. ἐν τοῖς πρώτοις καιροῖς* Apostolius III 80 et Suidas u. *ἀρχὴ Σκυρία, ἐν τῷ περὶ καιρῶν β̅* Suidas et Photius u. *Κυψελιδῶν ἀνάθημα*: non diuersi sunt hi libri a *Πολ. πρὸς τ. κ.* p. 7 || 13 *ἐν τῷ περὶ οὐρανοῦ* Alexander ap. Simpl. in Ar. de caelo p. 468ᵃ 11 Brand. Proculus in Tim. p. 418 Schn. cf. ad p. 8, 3.

Facile si quis hanc tabulam accurate inspexerit naturam eius atque indolem intelleget. nihilo setius factum est ut editores Laertii quasi non intellegentes libri unius cuiusque iteratam mentionem ab scriptore abiudicarent et cancellis circumscriberent § 48 *χαρακτῆρες ἠθικοί*, 49 *περὶ διαβολῆς* $\overline{α}$, 50 *περὶ τῶν προβλημάτων φυσικῶν* $\overline{α}$, *περὶ διαβολῆς* $\overline{α}$, *προτρεπτικός* $\overline{α}$. nimio porro acumine Menagius abusus cum et § 47 enumerari uideret *ἠθικοὺς χαρακτῆρας* et 48 *χαρακτῆρας ἠθικούς*, priore loco 'characteres de uirtutibus' posteriore 'de uitiis aut uice uersa' a Laertio significari suspicabatur p. 211 a Meib., nimirum bonorum morum notationes eodem iudicii errore sibi fingens quo Eustathium in Iliad. p. 931, 18 Rom. earundem testem fuerunt qui proferrent. Sed quid attinet aut errores recensere catalogi ratione non bene perspecta paene necessarios aut socordiae confusionisque crimina in Laertium coniecta ueluti ab I. G. Schneidero ad Theophr. uol. IIII p. 720? nostrum erit ea quae post I. A. Fabricium bibliothecae Gr. III p. 445 Harl. et M. Schmidtius de Theophr. rhetore p. 22 et in primis Val. Roseus de Aristotelis libris p. 47 perspexerunt, paullo plenius exponere.

Nimirum quattuor haec tabula constat partibus, quarum duae priores ad litterarum ordinem ita sunt dispositae, ut primarum tantum litterarum habita sit ratio, atque id quidem in eis indicum uocabulis quae grauiora uidebantur. quae ratio tantum abest ut eis quae § 43 in *Δ* et *Ζ* litteris conlocata sunt debilitetur, ut quam maxime confirmetur. sex enim libellos qui priore loco referuntur *περὶ τῆς Δημοκρίτου* $\overline{α}$ usque ad *περὶ τῶν ἀνθρώπων* $\overline{α}$ omnes ad Democriti philosophiam et explicandam et inpugnandam pertinuisse cum B. Krischius theologumenon p. 341 et Mullachius ad Democr. p. 95 suspicati sunt, tum Roseus l. d. p. 7 merito statuit. simillimum est quod in Heraclidis Pontici libris apud Laertium V 87 recensetur *καὶ κατ' ἰδίαν περὶ ψυχῆς* (cf. Laert. VIIII 46) *καὶ περὶ φύσεως καὶ περὶ εἰδώ-*

λων πρὸς Δημόκριτον, *περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ* $\overline{\alpha}$, *περὶ τῶν ἐν ᾅδου*: quorum extremus ad Democriteum librum cognominem (L. VIIII 46) pertinet. altero uero loco litterarum ordinem non esse turbatum uel manifestius est, cum VII singulares libri *περὶ ζώων* enumerentur, in quorum indicibus uocabulum *ζώων* semel positum deinde iterari non oportebat. uerum non praetermittam quod libris singularibus enumeratis index illos conplectens subiungitur *περὶ ζώων* $\overline{\alpha}$—$\overline{\zeta}$: eodem enim modo ceteris quoque maioris ambitus libris singularum partium titulos praemissos fuisse eo similius est ueri, quo facilius fieri poterat ut a uitarum scriptoribus qui breuitati studerent neglegerentur. Quod denique in *A* littera legebatur *περὶ τῶν λιθουμένων* emendasse mihi uideor.

Altera pars minus ampla eodem modo atque prima disposita est. sed quinque indices de loco suo moti uidentur § 47 *περὶ θαλάττης* in quo *κινήσεως* intercidisse suspicor, deinde *περὶ παρανόμων* 47 et *περὶ τῶν ἀδικημάτων* $\overline{\alpha}$ 46 quorum tamen sedem in offensionem cadere non puto, denique *περὶ μετεώρων* $\overline{\alpha}$ quem in margine adscriptum, ut pro *π. μέτρων* reponeretur, inrepsisse in alienum locum Laurentianus liber docet. re uera ordo turbatur indice libri *περὶ τῶν αὐτομάτων ζώων* $\overline{\alpha}$. sed ut de uno alteroue titulo minus ego recte statuerim, librariorum his erroribus rei summam non infirmari nemo opinor infitiabitur. Primam tabulae partem hac altera conpleri si utramque contuleris facile intelleges. quod ut demonstrem, primum eos indices quos ex priore parte repetitos existimes paucis pertractabo. sunt enim hi

46 *διαιρέσεις* $\overline{\alpha}$ $\overline{\beta}$ *περὶ ἀποφάσεως* $\overline{\alpha}$	conl. 43 *διορισμῶν* $\overline{\alpha}$ $\overline{\beta}$ $\overline{\gamma}$ 44 *περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως* $\overline{\alpha}$
47 *προβλήματα πολιτικὰ ἠθικὰ φυσικὰ ἐρωτικά* $\overline{\alpha}$ 48 *προβλημάτων συναγωγῆς* $\overline{\alpha}$	} 45 *προβλημάτων συναγωγῆς* $\overline{\alpha}$—$\overline{\varepsilon}$

certum iudicium est de libro *περὶ ἀποφάσεως*: quem eundem esse atque librum *περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφ.* concedendum erit siue in pristino catalogo scriptum fuisse § 46 plenum illum

indicem siue corrigendum esse *περὶ ἀποφάνσεως* existimaueris: *ἀπόφανσις* enim ut genus continetur affirmatione et negatione (cf. Arist. *π. ἑρμ.* 4). nam quod facile suspiceris alterum (§ 46) librum partem fuisse prioris (§ 44), uetat libri natura quam ex Aristotelis interpretibus satis cognitam habemus. utroque igitur illo modo cum eundem librum teneamus, efficitur ut aut alteram tabulae particulam prioris quasi appendicem esse negemus aut simul cum nouis libris in bibliothecam e cuius catalogis haec deprompta sint librorum qui ibi iam extabant gemina exempla adlata esse statuamus. atque idem cadit in *δειλινῶν* libros II si quidem *ἀκροάσεων* totidem libros § 42 memoratos ab iis non diuersos esse recte conicio. neque uero in idem discrimen deducimur relicuis illis titulis, quibus partes librorum § 42 — 45 memoratorum aut iteratae memorantur aut nouae neque iam illis conprehensae. utrumque enim factum esse certis exemplis conprobatur. alterum enim euenit in libris de animalibus VII, quibus § 46 duo accedunt *περὶ τῶν* [*κατὰ τόπους*] *διαφορῶν* et *περὶ τῶν αὐτομάτων ζώων*. alterius rationis exemplo sint *περὶ φυσικῶν* libri XVIII et *φυσικῶν δοξῶν* XVI, quos disiungendos non esse altero huius libelli capite demonstrabo. Relicua uix habent in prima tabulae parte quo referantur et prorsus noua accedunt, e quibus exempli gratia afferam libros ad musicam pertinentes, hypomnemata, scripta denique rhetorica quotquot sunt, cum in priore parte nullus ex eo genere liber legatur. qua re in tanto librorum prorsus nouorum numero contendi iam nequit duas esse diuersorum siue scriptorum siue bibliothecarum tabulas a Laertio conflatas, sed altera notatos esse eos Theophrasti libros quibus aliqua bibliotheca sit aucta, necesse est statuamus. atque ita demum intellegimus qui factum sit, ut ei libri quorum exemplaria adessent bis in tabulas referrentur.

Tertiae partis § 48 — 49 ordo est nullus. qui ab initio recensentur libri quattuor maioris ambitus, noui accedunt itemque *περὶ ὄψεως* $\overline{\alpha}-\overline{\delta}$ et *περὶ τοῦ ψευδομένου* $\overline{\alpha}-\overline{\gamma}$. quae praeterea enumerantur scripta plerumque partes sunt librorum antea commemoratorum uelut *ἐπιχειρημάτων* $\overline{\alpha}\,\overline{\beta}$ et *θέσεις* $\overline{\gamma}$ libellique dialectici ceteri, et *περὶ κινήσεως* $\overline{\alpha}\,\overline{\beta}$ nempe physico-

rum libri duo priores; aut illis addenda sunt ut *περὶ ζώων φρονήσεως καὶ ἤθους α̅*. unus legitur titulus *περὶ βασιλείας α̅ β̅* quo singuli libri qui separatim in prima parte positi erant *περὶ βασιλείας α̅* et *περὶ τυραννίδος α̅* conprehenduntur: quae enim *ἐν τοῖς περὶ βασιλείας* legi Dionysius et Plutarchus dicunt ea ad alteram partem *περὶ τυραννίδος* pertinent. neque diuersa ratio nisi fallor est librorum *πρὸς ὅρους α̅ β̅* et *πρὸς τοὺς ὁρισμοὺς α̅* (44) et *περὶ τῶν ἁπλῶν διαπορημάτων α̅* uel *ἀφορμαὶ ἢ ἐναντιώσεις α̅* (46). quae si exceperis, unus tantum ex prima tabula liber in tertia repetitur, *πῶς ἄριστ' ἂν πόλις οἰκοῖτο* (49), sed ne is quidem eodem sed mutato nomine; illic enim *περὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας* (45) inscribitur. ex altera uero cum indice non mutato referantur *περὶ διαβολῆς α̅* et *περὶ τῶν προβλημάτων φυσικῶν α̅*, haud scio an hac tertia particula primae tantum additamenta contineri iudicandum sit.

Quarta denique totius tabulae pars rursus ad litterarum ordinem est disposita, nisi quod post litteram *Σ* duo hi libri adiciuntur *περὶ οὐρανοῦ* et *πολιτικῶν*. qui extremo loco conlocati sunt *περὶ ζώων* et *περὶ καρπῶν* inconsiderate siue ab Laertio siue ab eius auctore sunt additi, perinde ac Suidam eis quae ex initio huius tabulae exscripsit nonnulla quae sibi nota essent de memoria adspersisse uidemus. nullus autem liber inuenitur qui cum ullo primae partis indice prorsus congruat. *περὶ καιρῶν α̅ β̅* operis cui *πολιτικῶν πρὸς τοὺς καιροὺς* inscribebatur pars sunt, eodemque modo *ὁριστικὰ περὶ λέξεως συλλογισμῶν* ad analytica, *περὶ φύσεως α̅* ad *περὶ φύσεως α̅—γ̅* (45) pertinent, *περὶ οὐρανοῦ* denique libellus idem est atque physicorum tertius cf. Simplic. phys. f. 287 r. num epistulae ad Astycreontem Phaniam Nicanorem in tribus epistularum libris § 46 extiterint necne diiudicari nequit. libros autem *πολιτικῶν α̅ β̅* si cum politicorum VI libris (§ 45) coniunxeris, integrum restitueris Theophrasti opus: quo enim iure in Aristotelis scriptis memorari potuissent *πολιτικῆς ἀκροάσεως ὡς ἡ Θεοφράστου α̅—η̅* (Laert. V 24)? Cum tertia parte haec habet communem *προτρεπτικόν*, cum secunda et tertia librum *περὶ διαβολῆς*. itaque quartae consilium hoc fuisse uidetur, ut supple-

ret primam et alteram; adiunxi 'alteram' quia liber *περὶ διαβολῆς* si quidem ad rhetoricos iure eum rettuli, suapte natura libro *περὶ δικανικῶν λόγων* quem ille § 50 excipit tam familiaris est et propinquus ut uno uolumine coniungi aptissime potuerint.

Perquam est memorabile quod Eudemi Rhodii aliquot libri intermixti sunt tertiae et quartae parti, *ἱστοριῶν γεωμετρικῶν* libri IIII, *ἀστρολογικῆς ἱστορίας* VI, *ἀριθμητικῶν ἱστοριῶν* *: ita enim Eudemeis inscribi nouimus ut singulis exemplis defungar ex Simpl. in phys. f. 13 u *Εὔδημος ἐν τῇ γεωμετρικῇ ἱστορίᾳ* et *ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ τῆς γεωμετρικῆς ἱστορίας*, eodem in Ar. de caelo p. 498 a 45 *Εὔδημος ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς ἀστρολογικῆς ἱστορίας*. arithmeticae historiae memoria euanuit. neque uero illorum librorum tituli solum Eudemei sunt, sed quaecumque ab antiquitate de ueteribus ante Aristotelem geometris et astrologis traduntur ea omnia fere ex Eudemo solo ducta sunt; quod tamen ut demonstretur, maiore opus est disputatione quam quae huic loco apta sit. quod si illae historiae ab uno Eudemo pendent, non uideo qui fieri potuerit, ut alterum qui in Theophrasti libris pateret fontem prorsus et Alexandrini mathematici et Aristotelis Euclidisque interpretes neglegerent. neque enim ad astrologorum historiam recte referentur quae ex Theophrasto Cicero Luculli 39, 123 de Hiceta et Plutarchus quaest. plat. 8, 1 de Platone referunt, sed ad *φυσικῶν δόξας* ubi philosophorum de rebus caelestibus opiniones non poterant non commemorari. quae si uera sunt, aliquantum dubitationis etiam de Theophrasto *τῶν περὶ τὸ θεῖον ἱστορίας* VI librorum (48) scriptore mouere licebit eorum recordato quae Eudemi auctoritate usus Damascius de princ. p. 382—5 tradidit, cf. Roseus p. 71. quod autem obicias eorum qui has tabulas perscripserint doctam diligentiam atque fidem, ea quidem si illud statuerimus non imminuetur. nam eam illorum rationem fuisse in libris quorum aliis exemplaribus alia scriptorum nomina inscribebantur, ut eos ad unum tantum quem uerum esse sibi persuasissent plerumque non referrent sed in catalogo uel etiam in librorum frontibus nomen utriusque adscriberent, id uel ex hac Theophrasteorum tabula satis apparet. in

qua legimus § 44 περὶ ἡδονῆς ὡς Ἀριστοτέλης $\overline{α}$ cf. Laert. V 22; 48 ὑπομνημάτων Ἀριστοτελικῶν ἢ Θεοφραστείων $\overline{α}$—$\overline{ς}$ quocum tria consentiunt Athenaei testimonia. maioris est momenti omnemque illam de Eudemeis libris re uera admixtis dubitationem diluit quod Laertium nonnullas eiusmodi πινακογράφων adnotationes praetermisisse deprehendimus. Athenaeus enim qui quoscumque affert Theophrasti librorum indices cum hac tabula prorsus consentit et qui hypomnemata cum eadem dubitatione ter in testimonium uocauit, duorum praeterea librorum scriptores diuersos significat. primum libri πρὸς Κάσανδρον περὶ βασιλείας: dicit enim IIII p. 140 E Θεόφραστος δ' ἐν τῷ πρὸς Κάσανδρον π. βασ., εἰ γνήσιον τὸ σύγγραμμα· πολλοὶ γὰρ αὐτό φασιν εἶναι Σωσιβίου. tum libri περὶ ἡδονῆς cum et ad Theophrastum et ad Chamaeleontem referri bis dixisset postea duobus locis breuitati consulens Theophrasto soli adscribit: qui libellus apud Laertium his notari uidetur περὶ ἡδονῆς ἄλλο (§ 44). similiter uidetur de altero περὶ παίδων ἀγωγῆς (ἄλλο διάφορον $\overline{α}$ 50) statuendum esse, nimirum ut grammatici dubitationem a Laertio praetermissam esse putemus. Alios quoque libros Aristoteline an Theophrasto tribuerent uirorum doctorum iudicia incerta fiebant uoluminum frontibus: ita in Aristotelis operibus Theophrasti politicorum libri VIII positi fuerant ut supra uidimus, oeconomicum quem tamen singulatim Laertius non memorat Theophrasteum habebat Philodemus. de libro περὶ τῶν μετάλλων tanta est ueterum dissensio ut Olympiodorus idem et Aristotelicum putet ad meteorol. I p. 133 Id. et Theophrasteum dicat negetque ea de re librum ab Aristotele ullum umquam scriptum esse ibid. II p. 162 sq.

Finitimum huic rei est quod epitomas quoque ex Theophrasti libris siue a discipulis siue a grammaticis factas illis ipsis adiunctas uidemus ἀναλυτικῶν ἐπιτομήν $\overline{α}$, νόμων ἐπιτομῆς $\overline{α}$—$\overline{ι}$, περὶ φυσικῶν ἐπιτομῆς $\overline{α}$ $\overline{β}$, φυσικῶν ἐπιτομῆς $\overline{α}$. eodem pertinent etiam ἠθικοὶ χαρακτῆρες (47. 48) in rhetorum usum, quae est Hermanni Sauppii coniectura ueri simillima, ex Theophrasti libris περὶ ἠθῶν excerpti. quas epitomas Theophrasti ipsius non esse sed Alexandrino tempori deberi ueri simile

est cum de una saltem φυσικῶν δοξῶν epitoma constet ex Laertio VIIII 21 (cf. ad fr. 24). prudens de hoc scriptorum genere sincerumque est Rosei iudicium p. 86 sq. qui de sex libris ἐπιτομῆς τῶν Ἀριστοτέλους περὶ ζώων (49) longe aliter statuendum esse optime monuit. nam celeri Theophrasti περὶ ζώων X libelli neque disciplinae artisque uinculo coniuncti sunt neque in grauioribus partibus uersantur. Epitomam rei publicae Platonicae duobus libris conprehensam quae et in Theophrasti (§ 43) et in Aristotelis scriptis (V 22) ferebatur maiore certe cum iure Aristoteli quam illi tribuas, nisi ab adulescentulo in praeceptoris usum perscriptam esse existimaueris.

Cum omnia quae hactenus demonstraui huic tabulae propria esse ita sint conparata ut tunc tandem dici possint ratione instituta esse cum illam ex ipso bibliothecae alicuius usu profectam esse cognotum habeamus, tum uero quod tacite ponebam hoc ipsum eo consilio abunde conprobatur quod in librorum partibus singillatim memorandis uidemus obseruatum esse. nam libros ad unius disciplinae quasi orbem pertinentes non uidemus singulos suis locis positos esse nisi praeter id corpus quo coniunctim uelut membra continebantur, unus alterue separatim quoque extaret; contra eorum tantum plenum atque integrum numerum indicemque memorari quorum coniunctorum exemplaria in pluteis reposita essent. nam physicorum VIII libri e quibus non nullorum proprios titulos aliunde nouimus et tres certe περὶ κινήσεως II, περὶ οὐρανοῦ I apud Laertium uidimus recenseri, tantum abest ut omnes etiam seorsum suis locis sint positi, ut de anima de qua erant illorum quartus et quintus, nullus omnino in Laertiana tabula inueniatur liber praeter θέσιν περὶ ψυχῆς (46). physicae quoque historiae (περὶ φυσικῶν XVIII, φυσικῶν δοξῶν XVI) etiamsi singulorum librorum indices plerosque rimari non possumus, minimam librorum partem singulatim proferri manifestum est. denique in eadem parte catalogi enumerantur θέσεις κδ et περὶ ψυχῆς θέσις μία, itemque libri duo περὶ μετάλλων, quorum cum proprie de metallis unus tantum liber fuerit ut ex testimoniis patet, alter et quidem posterior (cf. Theophr. π. λίθ. § 1. 2) περὶ λίθων, tamen alter tantum separatim poni-

tur § 44. Contrarium accidit in Democriteis § 43, in libris de Anaxagora duobus § 42 quos postero tempore coniunctim extitisse Simplicii docet testimonium, in libris περὶ βασιλείας α̅ et περὶ τυραννίδος α̅ de quibus supra monui. Vno exemplo quod his rationibus obstare uideatur, iudicium meum etiam confirmabitur. cum enim rhetoricos libros qui in altera tabulae parte suo quisque loco dispositi sunt simul omnes emptione donoue in bibliothecam peruenisse ueri simillimum sit, intellegimus rei consentaneum fuisse quod summa diuersorum ex rhetorico genere librorum adnotata est. ita enim uerba § 48 περὶ τεχνῶν ῥητορικῶν εἴδη ι̅ζ̅ explicanda esse puto ut εἴδη sint rhetorici generis species singulis illis libris explanatae*). itaque si numerum librorum περὶ λέξεως emendaueris, quod quas ob caussas necessarium sit alio tempore dicam, uides singulos libros septemdecim esse numero

περὶ τέχνης ῥητορικῆς α̅
παραγγέλματα ῥητορικῆς α̅ cf. defin. παραγγέλματος Theophr. ap. Alex. in top. p. 72
περὶ συμβουλῆς α̅
περὶ ἐπαίνου α̅
περὶ ἐνθυμημάτων α̅
περὶ παραδείγματος α̅
περὶ γνώμης α̅
περὶ ἀτέχνων πίστεων
περὶ λέξεως δ̅
περὶ σολοικισμῶν α̅
περὶ προοιμίων α̅
περὶ διαβολῆς α̅ cf. Anaxim. 29. 36 Aristot. rhet. III 15
περὶ θορύβου α̅ cf. Anaxim. 18
περὶ προθέσεως καὶ διηγήματος α̅.

Non obscuriora originis indicia sunt quod libri quorum index duobus nominibus constat utroque loco quo poterant referri collocati sunt. quod factum est in prima et altera tabulae parte; illic

*) Alii aliter titulum explicabant; uid. Schmidtius de Theophr. rhetore p. 59 sq.

περὶ ἀναλύσεως συλλογισμῶν 42 et περὶ συλλογισμῶν [ἀνα]λύσεως 45, hic ἠθικοὶ χαρακτῆρες 47 et χαρακτῆρες ἠθικοί 48. deinde quoniam a grammaticis quem maxime indicem praefigerent non numquam dubitabatur — atque id hodieque in libris 46 ἀφορμαὶ ἢ ἐναντιώσεις et 50 περὶ παιδείας ἢ περὶ ἀρετῶν ἢ περὶ σωφροσύνης conparet — duo eidem libro indices dabantur amboque suis locis in tabulas referebantur. cuius rei exempla sunt ἀγωνιστικῶν ἢ τῶν περὶ τοὺς ἐριστικοὺς λόγους θεωρίας* et σοφισμάτων $\overline{α}$ $\overline{β}$, περὶ ἀνέμων $\overline{α}$ et περὶ πνευμάτων $\overline{α}$, fortasse ἐπιχειρημάτων $\overline{ιη}$ et πρώτων προτάσεων $\overline{ιη}$, περὶ ἀποφά[ν]σεως et περὶ ψευδοῦς καὶ ἀληθοῦς, περὶ τοῦ δεδόσθαι et περὶ τῶν ὁμολογουμένων.

Argumento denique non leuissimo est librorum quos aliunde cognitos habemus in hoc catalogo non facta mentio. sunt autem ut ab dubiis et reiciendis incipiam hi κατηγορίαι et περὶ ἑρμηνείας Ammonii in cat. f. 9 u de quibus cf. Brandisius mus. Rhen. uet. I p. 270; περὶ συμβολαίων cod. Vindobon. Stobaei floril. 44, 22 qui fuit libri XVIII Νόμων pars; περὶ βασιλείας Κυπρίων Suidae et Photii u. τιάρα, quem librum sibi finxerunt Meursius et Menagius nimirum cum in scholiis in Plat. remp. VIII p. 553 C glossographorum fonte liber περὶ βασιλείας in testimonium uocetur; περὶ Τυρσηνῶν schol. in Pind. Pyth. II 3 de quo equidem dubito quoniam quae inde proferuntur in libro περὶ εὐσεβείας dicta fuisse ex Porphyrio de abstin. II 27 patet; γεωργίας παραγγέλματα quorum (quod Meursii et Menagii caussa dictum uolo) unum extat testimonium Iuliani epist. 24 p. 391 C Spanh., qui talia inde promit quae ex libro de caussis plantarum III pleniore petita esse probabile sit. Certiores sunt sed qui consimilis argumenti libris a Laertio memoratis contineri poterant περὶ τῶν τοῦ λόγου στοιχείων Simpl. in categ. A 5 u, i. e. liber περὶ λέξεως primus; περὶ τῆς τῶν στοιχείων γενέσεως Simpl. in Ar. de caelo p. 517ᵃ 32 Brand. fortasse idem qui περὶ γενέσεως ap. Laertium § 49 dicitur; ἱστορικὰ ὑπομνήματα schol. Apollon. IIII 834 de quibus cf. Koepkius de hypomn. gr. p. 11; περὶ τοῦ ποσαχῶς (ita enim ex libris restituendum est) Alex. in top. p. 83 et 189; περὶ τῆς

συναγωγῆς τῶν ὁμοίων προβλημάτων anon. in anal. post. p. 287 Ald; *περὶ γάμου* Hieronym. adu. Iouin. I 47 uol. II p. 313 Vall. fortasse pars trium librorum *περὶ βίων*. Verum longe grauissimum est nullum in tota tabula conparere maioris ambitus de morum doctrina librum praeter *ἠθικῶν σχολῶν* $\overline{\alpha}$ a discipulo fortasse ad Theophrasti recitationes concinnatum. at tamen testis Theophrastus adfertur *ἐν τοῖς ἠθικοῖς* a Plutarcho uit. Periclis 38, *ἐν ἠθικοῖς* ab Aspasio Class. Iourn. XXVIIII p. 114, *ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἠθικῶν* a Michaele Ephesio in eth. nicom. f. 69 u, *in moralibus* a Fulgentio mythol. II 3. diuersi ab his ut ex Michaelis Ephesii loco patet erant libri *περὶ ἠθῶν*; illo enim teste l. d. *Θεόφραστός φησιν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἠθῶν λέγων***, Aspasio in eth. nicom. f. 51 r et scholio Crameri anecd. Paris. I p. 194 *ἐν τοῖς περὶ ἠθῶν*; cf. Priscianus quaestionum ad Chosroen prooem. et Abulfaragius Wenrichii p. 175. qui libri tantam grammaticis commentandi deque uiris et moribus antiquitatis dicendi copiam faciebant, ut quinque libros *περὶ τῶν παρὰ Θεοφράστῳ ἐν τοῖς περὶ ἠθῶν καθ' ἱστορίαν καὶ λέξιν ζητουμένων*, unum tantum *περὶ τῶν ἐν τοῖς ἠθικοῖς Νικομαχείοις Ἀριστοτέλους* Adrastus conscriberet teste Athenaeo XV p. 653 E: nam *Ἀδράστου* pro Adranto uel Andranto librorum reponendum esse uerissima est coniectura Casauboni et V. Rosei l. d. p. 37. ambo hi libri habent quo ad iudicium de origine tabulae Laertianae instituendum faciant. quare iam ad hanc quae relicua est quaestionem accedamus.

Scimus et Hermippum et Andronicum tabulas Theophrasteorum librorum concinnasse. sed de Androniceae tantum rationibus certo constat ex Porphyrii testimonio uit. Plot. 24 qui in Plotini libris disponendis illum est imitatus qui *τὰ Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου εἰς πραγματείας διεῖλε τὰς οἰκείας ὑποθέσεις εἰς ταὐτὸν συναγαγών*: quae rationes quam remotae sint ab hac Laertiana tabula, non opus est demonstrare. Hermippeae operae duobus locis mentio fit ex quibus apparet grammaticos qui Theophrasti librorum eam recensionem curauerint cuius parte hodieque utimur Andronici simul et Hermippi tabulas neque uero aliorum praeter hos adhibuisse. nam fragmento metaphysico subscribitur in

libris ms. τοῦτο τὸ βιβλίον Ἀνδρόνικος μὲν καὶ Ἕρμιππος ἀγνοοῦσιν· οὐδὲ γὰρ μνείαν αὐτοῦ ὅλως πεποίηνται ἐν τῇ ἀναγραφῇ τῶν Θεοφράστου βιβλίων· Νικόλαος δ' ἐν τῇ θεωρίᾳ τῶν Ἀριστοτέλους μετὰ τὰ φυσικὰ μνημονεύει αὐτοῦ λέγων εἶναι Θεοφράστου. itemque περὶ φυτῶν ἱστορίας libro septimo ($\overline{\eta}$) in Vrbinate subscribitur Θεοφράστου περὶ φυτῶν ἱστορίας τὸ $\overline{\eta}$. Ἕρμιππος δὲ περὶ φρυγανικῶν καὶ ποι ωδῶν, Ἀνδρόνικος δὲ περὶ φυτῶν ἱστορίας (cf. Schneider. ad Theophr. V p. 54) quae ab Aldo ad initium libri $\overline{\vartheta}$ prave relata sunt. quod testimonium ut suam de quarto libro in duos dispescendo coniecturam firmaret cupidius Schneiderus V p. 234 interpretatus est. ego sic intellegendum puto, septimum librum in Andronici tabula sic uti ceteros 'περὶ φυτῶν ἱστορίας' notatum fuisse, in Hermippea 'περὶ φρυγανικῶν καὶ ποιωδῶν' prorsus similiter atque librorum περὶ ζώων singulares primum indices apud Laertium, deinde eis subscriptam legimus eorundem librorum summam. his tribus de Andronico testimoniis noua adicere possumus ex ethicis illis libris petita. cum enim apud Laertium singulares tantum de morum disciplinae partibus libri memorentur, opportune accidit quod apud eos scriptores quos editionibus ad Andronici ordinem et recensionem factis usos esse uerisimile est, ἠθικῶν libros in testimonium proferri uidemus, Plutarchum dico et interpretes ethicorum nicom. atque si quae Plutarchus Pericl. 38 inde promit cum eis contuleris quae libello περὶ εὐδαιμονίας probata esse a Theophrasto Cicero disput. tuscul. V 5, 11. 9, 24 sq. de fin. V 26, 77 testis est, hunc quidem libellum ab Andronico in ἠθικῶν corpus receptum fuisse non erit inprobabile. libros autem περὶ ἠθῶν ab eisdem Aristotelis interpretibus adhibitos Athenaeus non ipso usu uel ut dicam quod sentio non in Alexandrinae bibliothecae pluteis cognouit, sed eo tantum quod Adrastus peripateticus in eos commentatus erat. Andronicus item in caussa uidetur fuisse quod libellus περὶ ἀτόμων γραμμῶν Theophrasteus (§ 42) et olim (cf. Brandisius de Arist. I p. 76 Simplicius in phys. f. 114 u) et nunc in libris manu scriptis ut Aristotelis fertur.

Itaque si uerum est quod probabiliter coniecit Roseus p. 44 sq. ex Phauorini uariis historiis, tabulas Aristotelis et Theophrasti li-

brorum Laertium repetisse, perspicies illud ad hanc quaestionem non multum ualere. nam Phauorinus non magis quam Laertius indicum illam farraginem ipse congessit, nisi quod ab altero utro tertia tabulae pars aliunde petita et interposita esse uidetur. quisquis igitur fuit quem Laertius conpilaret, ex fonte magis recondito hauserit necesse est. quem fuisse in bibliothecae alicuius tabulis omnia signa probant et grauissima, in Alexandrinae catalogis coniectura est maxime probabilis. itaque iam ad Hermippum deferemur non illum Berytium sed Callimacheum: qui quod *πιναχογράφος* clarissimus inperfectum uidetur reliquisse, de philosophorum libris et uitis multis uoluminibus exposuit. eum enim de Theophrasto librum scripsisse ex Laertii II 55. V 41 et Athenaei I p. 21 A testimoniis constat. neque uero quae ratio sit uideo qua Rosei coniectura p. 31 sq. Herminum Alexandri Aphrod. praeceptorem Hermippi loco reponendum esse in scholiis Theophrasteis existimantis firmari possit. nisi forte eam qua ipse sola probare studet hanc operam ab Hermino non alienam fuisse, uidelicet quod in Aristotelis categorias ille commentatus *τὰ πρὸ τῶν τόπων* eis inscripsisse traditur. Meae sententiae illa ipsa obicere possis unde ex bibliothecae usu ortam hanc tabulam esse studui ostendere. uerum haud scio an immerito. nam omnibus antiquorum *πινάκων* reliquiis — si librorum tabulas ab ipsis scriptoribus aut discipulis familiarissimis confectas ut par est excipias — id proprium est quod ea tantum quae in certis bibliothecis siue Alexandrina siue Pergamena siue aliis conlecta erant respici solent uolumina.

II

THEOPHRASTI
DE PHYSICORVM OPINIONIBVS
RELIQVIAE

Quod disputationi de Laertiana tabula institutae adiunxi quaecumque de ueterum philosophorum sententiis a Theophrasto memoriae prodita esse legeram, operam non male conlocasse mihi uideor. nam cum summa et antiquo tempore sit habita Theophrasti de his rebus auctoritas et nostro pluris etiam sit facienda, conlectis quae in multorum scriptorum libris dispersa iacent membris aliquanto melius uti licebit et intellegere quanto opere Theophrasto auctore qui post eum philosophorum memoriam alius alio breuius repetiuerunt sint usi. Pauca de ipsa librorum natura praefanda sunt. sedecim enim de antiquiorum Aristotele physicorum opinionibus libros cum aut secundum philosophorum aut rerum ordinem perscriptos fuisse necesse sit, illud ex tabulae Laertianae ratione probare ita possis ut ex eis libellis qui de singulis philosophis scripti in prima et altera illius parte recensentur — nam totidem fere sunt — illud XVI librorum corpus a grammatico constitutum esse dicas. sunt autem hi libri

42 *πρὸς Ἀναξαγόραν*
περὶ τῶν Ἀναξαγόρου
περὶ τῶν Ἀναξιμένους
περὶ τῶν Ἀρχελάου
43 *περὶ τῆς Δημοκρίτου ἀστρολογίας*
περὶ τῆς μεταρσιολεσχίας
περὶ τῶν εἰδώλων
περὶ χυμῶν χροῶν σαρκῶν

περὶ τοῦ διακόσμου
περὶ τῶν ἀνθρώπων
τῶν Διογένους συναγωγή
περὶ [τῶν?] Ἐμπεδοκλέους
44 τῶν Μητροδώρου συναγωγῆς ᾱ
46 πρὸς τοὺς φυσικούς
47 τῶν Ξενοκράτους συναγωγῆς ᾱ.

integer erit sedecim librorum numerus si quidem unum de Platone quoque tibi finxeris librum quem extitisse ex Tauri Platonici testimonio conicias. quod inuenies in Ioannis grammatici libro quem aduersus Proclum de aeternitate mundi scripsit VI 8 (C 8 u) et 27 (E 2 r). Verum tamen speciosior haec est coniectura quam uerior. quae quibus refutetur non pauca neque leuia praesto sunt argumenta. neque enim diuersas φυσικῶν δόξας ab eo libro fuisse qui ab Simplicio in phys. f. 25 r. 32 r. 33 r φυσικὴ ἱστορία dicitur tum manifestum est Galeni uol. XV p. 25 recordato tum apparet ex Prisciani Lydi quaestionum ad Chosroen prooemio (post Plotinum Didoti) 'Theophrastus item plurimas occasiones sermone dignas praestitit his quae quaesita sunt *ex naturali historia et naturali auditu*': quibus uerbis physicae disciplinae libri ab historia eorum quae antiquis physicis de illa placuerint disiunguntur. iam uero extat de eis quae ueteres philosophi de primis principiis senserint grauissimus locus apud Simplicium f. 6 sq., quem pleraqua omnia licet auctorem non ubique nominet Theophrasto debere primus perspexit Ch. A. Brandisius quaestionum Eleat. p. 17. ibidem ea ipsa quae 'ex naturali historia' Simplicius aliis locis profert extant, locus de Anaxagora f. 6 extr. ad uerbum fere iteratus f. 33, de Anaximene f. 32 r illic f. 6 r 48. quae de Parmenidis rationibus promuntur f. 25 r, ea ibidem a Theophrasto prolata fuisse iure conligas ex ea ratione qua Leucippi sententias ad Eleaticam disciplinam Simpl. f. 7 r refert. quamquam autem ad suum consilium Theophrastea disposuit Simplicius, certum tamen de Theophrastei libri ratione documentum hoc est quod Simplicius f. 6 u dicit ὁ μέντοι Θεόφραστος τοὺς ἄλλους προϊστορήσας 'τούτοις' φησὶν 'ἐπιγενόμενος Πλάτων κτέ. itaque cum eodem libro intellegamus omnium ante Aristotelem philosophorum de

principiis sententias esse explicatas, sequitur ut eodem modo de motu loco tempore, de caelo, relicuis omnium illorum sententias existimemus in uno quodam conspectu positas fuisse. summi dein momenti est quod libellus περὶ αἰσθήσεων prospera fortuna seruatus eadem ratione atque illud περὶ ἀρχῶν fragmentum perscriptus est. quem legere uix possis quin partem maioris de physicorum opinionibus libri fuisse persentiscas. atque sic uel I. G. Schneiderus, quantulum cumque cognitum de illis habebat, iudicauit ad Theophr. uol. V p. 141 et 233. quod cur V. Roseus l. d. p. 71 inprobaret, neque argumenta ipse attulit neque ego perspicio. nec L. Spengelium uirum egregium qui comment. acad. Monac. phil. uol. V 2 p. 145 hunc libellum quasi commentarium Aristotelicae περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν disputationis dixit de Theophrasti ratione et consilio puto dicere uoluisse sed de utilitate qua nobis sit ad Aristotelem intellegendum. nam quid tandem sibi uult particula δὲ in principio libri Theophrastei posita quam optimus quisque liber testatur Parisinus Florentinus Vossianus? quid δοξῶν nomen in propositionibus et conclusionibus iteratum (§ 1. 3. 53)?

Eiusdem corporis exemplaria extitisse diuersa libros φυσικῶν δοξῶν ις̄ (§ 48) et περὶ φυσικῶν ιη̄ (§ 46) et Roseus p. 70 et ego supra non tam probauimus quam posuimus. nam cum uerba περὶ φυσικῶν aut de physiologis dicta aut uoce περὶ male aucta esse pateat, tamen in hoc ipso nihil est quo alterum potius statuendum esse doceamur. uerum testis locupletissimus est Alexander in metaph. p. 24, 5 Bon. qui ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῶν φυσικῶν Theophrastum ea de Parmenide dixisse refert quae in physicae historiae libro primo περὶ ἀρχῶν posita fuisse oporteat. atque ex hoc titulo explicari potest quod qui in hoc genere a neglegentiae culpa non sunt alieni, Θεόφραστον ἐν τοῖς φυσικοῖς testem proferunt eorum quae in physicorum VIII libris omnem de natura locum breuiter conplexis explicari non poterant, Laertium Diogenem dico VIIII 22 (Θ. ἐν τοῖς φυσικοῖς πάντων σχεδὸν ἐκθέμενος τὰ δόγματα), Ioannem Stobaeum ecl. I 25, Simplicium in Ar. de caelo p. 511 ª 41 Brand. Librorum autem quos de singulis philosophis scripsisse Theo-

phrastus perhibetur quorumque imaginem quandam ex libro qui Aristotelis dicitur *περὶ Μελίσσου Ξενοφάνους Γοργίου* nobis fingere licet, hoc uidetur consilium fuisse ut maioris operis quasi materia conlecta et parata esset.

Iam Alexandrinorum aetate has uberrimas copias in duorum angustias librorum redactas esse demonstrat tabulae Laertianae index § 46 *περὶ φυσικῶν ἐπιτομῆς* $\overline{α}$ $\overline{β}$; eoque delectu usus est Laertius VIIII 21, idemque uidetur de antiquioribus Aristotele philosophis fons fuisse cum eius libri e quo Plutarchi et Galeni qui feruntur aliorumque riuuli deriuati sunt tum uero Hippolyti adu. haeres. I 1. 6—9. 11—13. (14—16). diuersus fuit *φυσικῶν ἐπιτομῆς* libellus singularis apud Laertium 48 et ex octo illis physicorum libris concinnatus: in quem nisi omnia me fallunt commentatum se esse Simplicius in Ar. de an. f. 38r testatur. quae idcirco moneo quod Meursium 172 secuti plerique ap. Laert. 48 male corrigebant *φυσικῶν δοξῶν ἐπιτομῆς*. Fuerunt etiam qui Galeni uerba XV p. 25 in testimonium *φυσικῶν δοξῶν ἐπιτομῆς* arriperent. sunt autem haece *νῦν δ' οὕτως* (Sabinus) *ἔγραψεν 'οὔτε γῆν ὡς ἔν τινι Ξενοφάνης'. καὶ Θεόφραστος δ' ἂν ἐν ταῖς τῶν φυσικῶν δοξῶν ἐπιτομαῖς τὴν Ξενοφάνους δόξαν εἴπερ οὕτως εἶχεν ἐγεγράφει. καί σοι πάρεστιν εἰ χαίροις τῇ περὶ τούτων ἱστορίᾳ τὰς τοῦ Θεοφράστου βίβλους ἀναγνῶναι καθ' ἃς τὴν ἐπιτομὴν ἐποιήσατο τῶν φυσικῶν δοξῶν.* quo loco non epitomen Theophrastei libri sed hunc ipsum quippe qui *ἐπιτομὴν φυσικῶν δοξῶν* continuerit respici nemo non uidebit.

Restat ut pauca de reliquiis ipsis dicam. quas ut par erat secundum rerum ordinem disposui excluso *περὶ αἰσθήσεων* libro, adiectis extremo loco eis testimoniis quae ad singulares de ueteribus philosophis commentarios tutius referas. Simplicii loco f. 6 ita usus sum ut quaecumque eum siue aliunde siue de suo Theophrasteis adiecisse manifestum est praetermitterem, quae ibi Theophrastum dixisse ex aliis scriptoribus constat suis locis interponerem, ordinem interpretis tunc tantum mutarem cum pristinae narrationis tenorem Simplicius dissoluisset quominus partitionem sententiarum ab Aristotele phys. I 2 propositam desere-

ret. quam si hoc loco adscripsero non inutile erit: *Ἀνάγκη δ' ἤτοι μίαν εἶναι τὴν ἀρχὴν ἢ πλείους, καὶ εἰ μίαν, ἤτοι ἀκίνητον ὥς φησι Παρμενίδης καὶ Μέλισσος ἢ κινουμένην ὥσπερ οἱ φυσικοὶ οἱ μὲν ἀέρα φάσκοντες εἶναι οἱ δ' ὕδωρ τὴν πρώτην ἀρχήν· εἰ δὲ πλείους, ἢ πεπερασμένας ἢ ἀπείρους, καὶ εἰ πεπερασμένας πλείους δὲ μιᾶς, ἢ δύο ἢ τρεῖς ἢ τέτταρας ἢ ἄλλον τινὰ ἀριθμόν, καὶ εἰ ἀπείρους, ἢ οὕτως ὥσπερ Δημόκριτος τὸ γένος ἓν σχήματι δὲ ἢ εἴδει διαφερούσας, ἢ καὶ ἐναντίας.*

Denique quod Simplicii in phys. locos aliquanto emendatiores quam quales in exemplo Aldino feruntur edere licuit, id totum debetur Chr. A. Brandisii uiri celeberrimi singulari liberalitati propensaeque erga me uoluntati: cuius ut plurima eaque luculenta specimina expertus sum, sic ille quaecumque e codicibus Simplicii sibi enotauerat mecum communicauit. trium enim discrepantiam Aldinae editionis margini adscripserat, *C* qui est Oxoniensis collegii noui 244, *A* et *D* qui in quanam bibliotheca lateant rimari non potui. ex eiusdem schedula petita est quarti memoria qui uulgo oceanus (*O*) uocatur Laurentianus plutei LXXXV 1.

Sciens hoc loco ea neglexi, quae cum apertis testimoniis ad Theophrastum auctorem non referantur, aut certo effici nequeat aut longiore opus sit disputatione, ut ex his Theophrasti libris ea petita esse probetur; ueluti fragmentum quo '*περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναπληρώσεως διάφοροι δόξαι*' recensentur et quae ab Alexandro quaestionum II 23 enarrantur.

I

Τῶν δὲ μίαν καὶ κινουμένην λεγόντων ἀρχὴν οὓς καὶ φυσικοὺς ἰδίως καλεῖ (Aristoteles) οἱ μὲν πεπερασμένην αὐτήν φασιν, ὥσπερ Θαλῆς μὲν Ἐξαμίου Μιλήσιος καὶ Ἵππων ὃς δοκεῖ καὶ ἄθεος γεγονέναι ὕδωρ ἔλεγον τὴν ἀρχὴν ἐκ τῶν φαινομένων κατὰ τὴν αἴσθησιν εἰς τοῦτο προαχθέντες· καὶ γὰρ τὸ θερμὸν τῷ ὑγρῷ ζῇ καὶ τὰ νεκρούμενα ξηραίνεται καὶ τὰ σπέρματα πάντων ὑγρὰ καὶ τροφὴ πᾶσα χυλώδης· ἐξ οὗ δέ ἐστιν ἕκαστα, τούτῳ καὶ τρέφεσθαι πέφυκε· τὸ δὲ ὕδωρ ἀρχὴ τῆς ὑγρᾶς φύσεώς ἐστι καὶ συνεκτικὸν πάντων· διὸ πάντων ἀρχὴν ὑπέλαβον εἶναι τὸ ὕδωρ καὶ τὴν γῆν ἐφ᾽ ὕδατος ἀπεφήναντο κεῖσθαι. Θαλῆς δὲ πρῶτος παραδέδοται τὴν περὶ φύσεως ἱστορίαν τοῖς Ἕλλησιν ἐκφῆναι, πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων προγεγονότων ὡς καὶ Θεοφράστῳ δοκεῖ, αὐτὸς δὲ πολὺ διενεγκὼν ἐκείνων ὡς ἀποκρύψαι πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ· λέγεται δὲ ἐν γραφαῖς μηδὲν καταλιπεῖν πλὴν τῆς καλουμένης ναυτικῆς ἀστρολογίας. Ἵππασος δὲ ὁ Μεταποντῖνος καὶ Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος ἓν καὶ οὗτοι καὶ κινούμενον καὶ πεπερασμένον ἀλλὰ πῦρ ἐποιήσαντο τὴν ἀρχὴν καὶ ἐκ πυρὸς ποιοῦσι τὰ ὄντα πυκνώσει καὶ μανώσει καὶ διαλύουσι πάλιν εἰς πῦρ ὡς ταύτης μιᾶς οὔσης φύσεως τῆς ὑποκειμένης· πυρὸς γὰρ ἀμοιβὴν εἶναί φησιν Ἡράκλειτος πάντα· ποιεῖ δὲ καὶ τάξιν τινὰ καὶ χρόνον ὡρισμένον τῆς τοῦ κόσμου μεταβολῆς κατά τινα εἱμαρμένην ἀνάγκην. Simplicius in phys. f. 6r 18—31

2 Τῶν δὲ ἓν καὶ κινούμενον καὶ ἄπειρον λεγόντων Ἀναξίμανδρος μὲν Πραξιάδου Μιλήσιος [Θαλοῦ γενόμενος διά-

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 3 Θαλῆς μὲν ἐκ Σάμου O || 21 οὔσης φύσει τῆς O || εἶναί — δὲ καὶ O: εἶναί φασιν. Ἡράκλειτος δὲ πάντα ποιεῖ καὶ Aldina || 22 fortasse τὰ πάντα cum Schleiermachero op. III 2 p. 76 || τινὰ περὶ χρόνον O || 26 Θαλοῦ — μαθητής de suo Simplicius adiecit

4 sq. cf. Ps.-Plutarchus de philosophorum decretis I 3, 2. 3.

δοχος καὶ μαθητὴς] ἀρχήν τε καὶ στοιχεῖον εἴρηκε τῶν ὄντων τὸ ἄπειρον, πρῶτος αὐτὸ τουνομα κομίσας τῆς ἀρχῆς· λέγει δ' αὐτὴν μήτε ὕδωρ μήτε ἄλλο τι τῶν καλουμένων νυνὶ στοιχείων, ἀλλ' ἑτέραν τινὰ φύσιν ἄπειρον ἐξ ἧς ἅπαντας γίνεσθαι τοὺς οὐρανοὺς καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς κόσμους· ἐξ ὧν δὲ ἡ γένεσίς ἐστι τοῖς οὖσι, καὶ τὴν φθορὰν εἰς ταῦτα γίνεσθαι κατὰ τὸ χρεών, διδόναι γὰρ αὐτὰ δίκην καὶ τίσιν ἀλλήλοις τῆς ἀδικίας κατὰ τὴν τοῦ χρόνου τάξιν, ποιητικωτέροις οὕτως ὀνόμασιν αὐτὰ λέγων .... Ἀναξιμένης δὲ Εὐρυστράτου Μιλήσιος ἑταῖρος γεγονὼς Ἀναξιμάνδρου μίαν μὲν καὶ οὗτος τὴν ὑποκειμένην φύσιν καὶ ἄπειρόν φησιν [ὥσπερ ἐκεῖνος] οὐκ ἀόριστον δὲ ὥσπερ ἐκεῖνος ἀλλὰ ὡρισμένην ἀέρα λέγων αὐτήν· διαφέρειν δὲ μανότητι καὶ πυκνότητι κατὰ τὰς οὐσίας, καὶ διαιρούμενον μὲν πῦρ γίγνεσθαι, πυκνούμενον δὲ ἄνεμον, εἶτα νέφος, ἔτι δὲ μᾶλλον ὕδωρ, εἶτα γῆν, εἶτα λίθους, τὰ δὲ ἄλλα ἐκ τούτων· κίνησιν δὲ καὶ οὗτος ἀίδιον ποιεῖ δι' ἣν καὶ τὴν μεταβολὴν γίνεσθαι. Καὶ Διογένης δὲ ὁ Ἀπολλωνιάτης σχεδὸν νεώτατος γεγονὼς τῶν περὶ ταῦτα σχολασάντων τὰ μὲν πλεῖστα συμπεφορημένως γέγραφε, τὰ μὲν κατὰ Ἀναξαγόραν τὰ δὲ κατὰ Λεύκιππον λέγων· τὴν δὲ

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 2 *αὐτὸ* scripsi *τοῦτο* libri || *καλέσας* Hippolytus || 3 *λέγει δὲ καὶ αὐτήν D* || *ἄλλο τι DO* *ἄλλο* Aldina || 4 *νυνὶ* em. *εἶναι* libri || 6 *ταὐτὰ* Schleiermacherus l. d. p. 186 || 7 *δίκην καὶ τίσιν DO* *τίσιν καὶ δίκην* Ald. || 7. 8 *ἀλλήλοις ACDO* om Ald. || *τὴν τοῦ O* Ald. *τὴν D* || *οὕτως* addidi ex *D* || 9 omisi Simpl. f. 6 r 42 *δῆλον δὲ ὅτι — ὁ Ἀριστοτέλης συνέταξεν* || 10 *μίαν μὲν καὶ οὗτος* scripsi *μίαν μὲν καὶ αὐτὸς O* *καὶ αὐτὸς* om. reliqui || 11 *ὥσπερ ἐκεῖνος* inclusi || 12 *ἀλλὰ O* *ἀλλὰ καὶ* Aldus

3 *οὗτος μὲν ἀρχὴν καὶ στοιχεῖον εἴρηκε τῶν ὄντων τὸ ἄπειρον πρῶτος τοὔνομα καλέσας τῆς ἀρχῆς.* Hippolytus philos. I 6 p. 16 Gott. *Ἀναξίμανδρος πρῶτος αὐτὸς ἀρχὴν ὀνομάσας τὸ ὑποκείμενον.* Simpl. in phys. f. 32 u.

6 *οὗτος ἀρχὴν ἔφη τῶν ὄντων φύσιν τινὰ τοῦ ἀπείρου ἐξ ἧς γίνεσθαι τοὺς οὐρανοὺς καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς κόσμους* Hippol. l. d.

15 *Ἀναξιμένης ἀραιούμενον μὲν τὸν ἀέρα πῦρ γίνεσθαί φησι, πυκνούμενον δὲ ἄνεμον, εἶτα νέφος, εἶτα ἔτι μᾶλλον ὕδωρ, εἶτα γῆν, εἶτα λίθους, τὰ δὲ ἄλλ' ἐκ τουτων· ἐπὶ γὰρ τούτου μόνου Θεόφραστος ἐν τῇ ἱστορίᾳ τὴν μάνωσιν εἴρηκε καὶ τὴν πύκνωσιν.* Simplicius in phys. f. 32 r. Simplicio accuratior Hippolytus I 7.

τοῦ παντὸς φύσιν ἀέρα καὶ οὗτός φησιν ἄπειρον εἶναι καὶ ἀίδιον, ἐξ οὗ πυκνουμένου καὶ μανουμένου καὶ μεταβάλλοντος τοῖς πάθεσι τὴν τῶν ἄλλων γίνεσθαι μορφήν. καὶ ταῦτα μὲν Θεόφραστος ἱστορεῖ περὶ τοῦ Διογένους. Simplicius fol. 6 r 36—54.

3 Τῶν δὲ πλείους λεγόντων οἱ μὲν πεπερασμένας οἱ δὲ ἀπείρους ἔθεντο τῷ πλήθει τὰς ἀρχάς, καὶ τῶν πεπερασμένας οἱ μὲν δύο ὥσπερ Παρμενίδης ἐν τοῖς πρὸς δόξαν πῦρ καὶ γῆν, μᾶλλον δὲ φῶς καὶ σκότος .... οἱ δὲ τέσσαρας ὡς Ἐμποδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος οὐ πολὺ κατόπιν τοῦ Ἀναξαγόρου γεγονὼς Παρμενίδου δὲ πλησιαστὴς καὶ ζηλωτής [μᾶλλον δὲ Πυθαγορείων]· οὗτος δὲ τὰ μὲν σωματικὰ στοιχεῖα ποιεῖ τέσσαρα πῦρ καὶ ἀέρα καὶ ὕδωρ καὶ γῆν ἀίδια μὲν ὄντα μεταβάλλοντα δὲ πλήθει καὶ ὀλιγότητι κατὰ τὴν σύγκρισιν καὶ διάκρισιν, τὰς δὲ κυρίως ἀρχὰς ὑφ' ὧν κινεῖται ταῦτα φιλίαν καὶ νεῖκος· δεῖ γὰρ διατελεῖν ἐναλλὰξ κινούμενα τὰ στοιχεῖα ποτὲ μὲν ὑπὸ τῆς φιλίας συγκρινόμενα ποτὲ δὲ ὑπὸ τοῦ νείκους διακρινόμενα· ὥστε καὶ ἓξ εἶναι κατ' αὐτὸν τὰς ἀρχάς· καὶ γὰρ ὅπου μὲν ποιητικὴν δίδωσι δύναμιν τῷ νείκει καὶ τῇ φιλίᾳ, ὅταν λέγῃ

ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα
ἄλλοτε δ' αὖ δίχα πάντα φορεύμενα νείκεος ἔχθει·

ποτὲ δὲ τοῖς τέσσαρσιν ὡς ἰσόστοιχα συντάττει καὶ ταῦτα, ὅταν λέγῃ

τοτὲ δ' αὖ διέφυ πλέον' ἐξ ἑνὸς εἶναι

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 9 omisi Simpl. f. 6u 6 ἢ ὡς οἱ Στωικοὶ ....8 Ἀριστοτέλης || 11 μᾶλλον δέ Πυθ. de suo adiecit Simplicius μᾶλλον δὲ pr *A* καὶ ἔτι μᾶλλον Ald. || 14 μεταβάλλοντα δὲ quae uerba post ὀλιγότητι in libris leguntur transposui || 21 ἕνα πάντα pr *A C* ἕνα κόσμον Simplicius f. 8r || 22 φορούμενα Simpl. f. 8r || νείκεος ἔχθει *DO* νεῖκος ἔχει Ald. || 23 ποτὲ *D* τοτὲ Ald. || συντάττει pr *A CDO* τάττει suprascr. *C* Ald. || 25 τοτὲ: τότε *ACDO* ἄλλοτε Ald. || πλέον libri

8 cf. fr. 6

11 ὁ δὲ Θεόφραστος Παρμενίδου φησὶ ζηλωτὴν αὐτὸν γενέσθαι καὶ μιμητὴν ἐν τοῖς ποιήμασι· καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἐν ἔπεσι τὸν περὶ φύσεως λόγον ἐξενεγκεῖν. Laertius Diogenes VIII 55.

21 Empedocles u. 67 sq. Steinii.

23 cf. Sextus empiricus adu. phys. II 317 p. 539.

25 sq. Empedocles u. 77—80 St.

πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖα καὶ ἠέρος ἄπλετον ὕψος
νεῖκός τ' οὐλόμενον δίχα τῶν † ἀτάλαντον ἕκαστον
καὶ φιλότης ἐν τοῖσιν ἴση μῆκός τε πλάτος τε.

Simplicius f. 6 u 4—18.

4 Τῶν δὲ ἀπείρους τῷ πλήθει λεγόντων οἱ μὲν ἁπλᾶς ἔλεγον καὶ μὴ ὁμογενεῖς καὶ ἐναντίας κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν δὲ χαρακτηριζομένας. Ἀναξαγόρας μὲν γὰρ Ἡγησιβούλου Κλαζομένιος κοινωνήσας τῆς Ἀναξιμένους φιλοσοφίας πρῶτος μετέστησε τὰς περὶ τῶν ἀρχῶν δόξας καὶ τὴν ἐλλείπουσαν αἰτίαν ἀνεπλήρωσε τὰς μὲν σωματικὰς ἀπείρους ποιήσας· πάντα γὰρ τὰ ὁμοιομερῆ οἷον ὕδωρ ἢ πῦρ ἢ χρυσὸν ἀγέννητα μὲν εἶναι καὶ ἄφθαρτα, φαίνεσθαι δὲ γινόμενα καὶ ἀπολλύμενα συγκρίσει καὶ διακρίσει μόνον, πάντων μὲν ἐν πᾶσιν ἐνόντων, ἑκάστου δὲ κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν ἐν αὐτῷ χαρακτηριζομένου· χρυσὸς γὰρ φαίνεται ἐκεῖνο ἐν ᾧ πολὺ τὸ χρυσίον ἐστὶ καίτοι πάντων ἐνόντων. λέγει γοῦν Ἀναξαγόρας ὅτι ἐν παντὶ παντὸς μοῖρα ἔνεστι καὶ ὅτων πλεῖστα ἔνι ταῦτα ἐνδηλότατα ἓν ἕκαστόν ἐστι καὶ ἦν. καὶ ταῦτά φησιν ὁ Θεόφραστος παραπλησίως τῷ Ἀναξιμάνδρῳ λέγειν τὸν Ἀναξαγόραν· ἐκεῖνος γάρ φησιν ἐν τῇ διακρίσει τοῦ ἀπείρου τὰ συγγενῆ φέρεσθαι πρὸς ἄλληλα καὶ ὅτι μὲν ἐν τῷ παντὶ χρυσὸς ἐνῆν γίνεσθαι χρυσόν, ὅτι δὲ γῆ γῆν, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ὡς οὐ γινομένων ἀλλ' ὑπαρχόντων πρότερον· τῆς δὲ κινήσεως καὶ τῆς γενέσεως αἴτιον ἐπέστησε τὸν νοῦν ὁ Ἀναξαγόρας, ὑφ' οὗ διακρινόμενα τούς τε κόσμους καὶ τὴν τῶν ἄλλων φύσιν ἐγέννησε.

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 2 fort. ἀπάλαιστον ἑκάστῳ || ἕκαστον: ἁπάντῃ Sextus || 3 μετὰ τοῖσιν ἴσον Sextus || μῆκός τε καὶ πλάτος *D* || 11 ἀγέννητα scripsi ἀγένητα libri || 14 ἐνόντων scripsi ὄντων libri || 16 ἐστὶ addidi cum *C* || 17 ὅτων scripsi conl. Arist. phys. I 4 p. 187ᵇ 6 ὅτῳ libri || 18 ἓν ἕκαστον *O* || 22 ἐνῆν scripsi ἦν libri || 26 ἐγέννησε pr *A O* ἐγέννησαν Ald.

19 καὶ Θεόφραστος δὲ τὸν Ἀναξίμανδρον εἰς τὸν Ἀναξαγόραν συνωθῶν (ita *CD*: συνηθῶν Ald.) καὶ οὕτως ἐκλαμβάνει τὰ ὑπὸ (τοῦ add Ald. om *CD*) Ἀναξαγόρου λεγόμενα ὡς δύνασθαι μίαν αὐτὸν φύσιν λέγειν τὸ ὑποκείμενον. γράφει δὲ οὕτως ἐν τῇ φυσικῇ ἱστορίᾳ 'οὕτω μὲν οὖν λαμβανόντων..... Ἀναξιμάνδρῳ' Simpl. in ph. f. 33 r.

'καὶ οὕτω μὲν οὖν' φησι 'λαμβανόντων δόξειεν ἂν ποιεῖν τὰς μὲν ὑλικὰς ἀρχὰς ἀπείρους ὥσπερ εἴρηται, τὴν δὲ τῆς κινήσεως καὶ τῆς γενέσεως αἰτίαν μίαν. εἰ δέ τις τὴν μῖξιν τῶν ἁπάντων ὑπολάβοι μίαν εἶναι φύσιν ἀόριστον καὶ κατ' εἶδος καὶ κατὰ μέγεθος ὅπερ ἂν δόξειε βούλεσθαι λέγειν, συμβαίνει δύο τὰς ἀρχὰς αὐτὸν λέγειν τήν τε τοῦ ἀπείρου φύσιν καὶ τὸν νοῦν, ὥστε πάντως φαίνεται τὰ σωματικὰ στοιχεῖα παραπλησίως ποιῶν Ἀναξιμάνδρῳ'. Καὶ Ἀρχέλαος ὁ Ἀθηναῖος ᾧ καὶ Σωκράτη συγγεγονέναι φασίν, Ἀναξαγόρου γενομένῳ μαθητῇ ἐν μὲν τῇ γενέσει τοῦ κόσμου καὶ τοῖς ἄλλοις πειρᾶταί τι φέρειν ἴδιον, τὰς ἀρχὰς δὲ τὰς αὐτὰς ἀποδίδωσιν ἅς περ Ἀναξαγόρας. Simplicius f. 6 u 37 — 7 r 2.

5. Μίαν δὲ τὴν ἀρχὴν ἤτοι ἓν τὸ ὂν καὶ πᾶν καὶ οὔτε πεπερασμένον οὔτε ἄπειρον οὔτε κινούμενον οὔτε ἠρεμοῦν Ξενοφάνη τὸν Κολοφώνιον τὸν Παρμενίδου διδάσκαλον ὑποτίθεσθαί φησιν ὁ Θεόφραστος ὁμολογῶν ἑτέρας εἶναι μᾶλλον ἢ τῆς περὶ φύσεως ἱστορίας τὴν μνήμην τῆς τούτου δόξης· τὸ γὰρ ἓν τοῦτο καὶ πᾶν τὸν θεὸν ἔλεγεν ὁ Ξενοφάνης· ὃν ἕνα μὲν δείκνυσιν ἐκ τοῦ πάντων κράτιστον εἶναι· πλειόνων γάρ, φησιν, ὄντων ὁμοίως ὑπάρχειν ἀνάγκη πᾶσι τὸ κρατεῖν· τὸ δὲ πάντων κράτιστον καὶ ἄριστον θεός. ἀγέννητον δὲ ἐδείκνυεν ἐκ τοῦ δεῖν τὸ γιγνόμενον ἢ ἐξ ὁμοίου ἢ ἐξ ἀνομοίου γίγνεσθαι· ἀλλὰ τὸ μὲν ὅμοιον ἀπα-

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 1—8 *Ἀναξιμάνδρῳ* dedi ex Simplicii f. 33 r accuratiore testimonio, ad quod quam enotabo librorum scriptura pertinet; prioris loci f. 6 discrepantiam *S* significat || 1 *μέν φησι S* || *δόξειεν ἂν ὁ Ἀναξαγόρας τὰς μὲν — ἀπείρους ποιεῖν, τὴν δὲ S* || 2 *ὥσπερ D ὡς* Ald. || 4 *μίαν τὸν νοῦν S* || 4. 5 *καὶ κατ' εἶδος CDS κατ' εἶδος* Ald. || 5 *ὅπερ — λέγειν* om *S* || *ἂν*: *ὂν C* || 6 *αὐτὸν S αὐτῷ* libri || 7 *πάντως* om *S* || 9 *Σωκράτην C* || *συγγεγόναι* Ald. || 12 *ἀποδίδωσιν* scripsi *δίδωσιν* libri || 16 *Ξενοφάνη O Ξενοφάνην* relicui || 21 *ἀνομοίως* pr *A* || *ὑπάρχειν ἀνάγκη DO ἀνάγκη ὑπάρχειν* Ald.

11 *οὗτος ἔφη τὴν μῖξιν τῆς ὕλης ὁμοίως Ἀναξαγόρᾳ τάς τε ἀρχὰς ὡσαύτως* Hippolytus I 9.

17 cf. Aristoteles phys. I 2 p. 184b 26 *τὸ μὲν οὖν εἰ ἓν καὶ ἀκίνητον τὸ ὂν σκοπεῖν οὐ περὶ φύσεώς ἐστι σκοπεῖν.*

19 sq. cf. Th. Bergkius de Aristotelis libello de Xenoph. cet. p. 4 sq.

θές φησιν ὑπὸ τοῦ ὁμοίου· οὐδὲν γὰρ μᾶλλον γεννᾶν ἢ γεννᾶσθαι προσήκει τὸ ὅμοιον ἐκ τοῦ ὁμοίου· εἰ δ' ἐξ ἀνομοίου γίνοιτο, ἔσται τὸ ὂν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος. καὶ οὕτως ἀγέννητον καὶ ἀίδιον ἐδείκνυεν. οὔτε δὲ ἄπειρον οὔτε πεπερασμένον εἶναι, διότι ἄπειρον μὲν τὸ μὴ ὂν ὡς οὔτε ἀρχὴν ἔχον οὔτε μέσον οὔτε τέλος· περαίνειν δὲ πρὸς ἄλληλα τὰ πλείω. παραπλησίως δὲ καὶ τὴν κίνησιν ἀφαιρεῖ καὶ τὴν ἠρεμίαν· ἀκίνητον μὲν γὰρ εἶναι τὸ μὴ ὄν· οὔτε γὰρ ἂν εἰς αὐτὸ ἕτερον, οὔτε αὐτὸ πρὸς ἄλλο ἐλθεῖν· κινεῖσθαι δὲ τὰ πλείω τοῦ ἑνός· ἕτερον γὰρ εἰς ἕτερον μεταβάλλειν, ὥστε καὶ ὅταν ἐν ταὐτῷ μένειν λέγῃ καὶ μὴ κινεῖσθαι

ἀεὶ δ' ἐν ταὐτῷ μίμνει κινούμενον οὐδέν
οὐδὲ μετέρχεσθαί μιν ἐπιπρέπει ἄλλοτε ἄλλῃ,

οὐ κατὰ τὴν ἠρεμίαν τὴν ἀντικειμένην τῇ κινήσει μένειν αὐτό φησιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀπὸ κινήσεως καὶ ἠρεμίας ἐξῃρημένην μόνον. Simplicius f. 5 u 55—6 r 14.

6 Περὶ Παρμενίδου καὶ τῆς δόξης αὐτοῦ καὶ Θεόφραστος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῶν φυσικῶν οὕτως λέγει·

'Τούτῳ δ' ἐπιγενόμενος Παρμενίδης Πύρητος ὁ Ἐλεάτης — λέγει δὲ καὶ Ξενοφάνην — ἐπ' ἀμφοτέρας ἦλθε τὰς ὁδούς. καὶ γὰρ ὡς ἀίδιόν ἐστι τὸ πᾶν ἀποφαίνεται καὶ γένεσιν ἀποδιδόναι πειρᾶται τῶν ὄντων οὐχ ὁμοίως περὶ ἀμφοτέρων δοξάζων, ἀλλὰ κατ' ἀλήθειαν μὲν ἓν τὸ πᾶν καὶ ἀγέννητον καὶ σφαιροειδὲς ὑπολαμβάνων, κατὰ δόξαν δὲ τῶν πολλῶν εἰς τὸ γένεσιν ἀποδοῦναι τῶν φαινομένων δύο ποιῶν τὰς ἀρχὰς πῦρ καὶ γῆν, τὸ μὲν ὡς ὕλην τὸ δ' ὡς αἴτιον καὶ ποιοῦν'. Alexander in metaph. p. 24, 5 Bon.

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 4 ἐδείκνυεν. οὔτε δὲ *D* ἐδείκνυ καὶ οὔτε δὲ Ald || 6 οὔτε μέσον οὔτε *DO* μήτε μέσον μήτε Ald. || δὲ om *AC* || 9. 10 δὲ πλείω *D* || 10 μεταβάλλειν ex coniectura μεταβάλλει libri || 11 μὴ om *D* || 12 μίμνει *DO* μένει Ald. || 13 μιν ἐπιπρέπει *O* μιν ἐπιτρέπει *D* μὴν ἐπεὶ πρέπει Ald. || 15 αὐτό *DO* αὐτόν Ald. || 16 μόνον addidi ex *D*

12. 13. Xenophanes fr. IIII Karsteni p. 38.

23 καὶ γὰρ καὶ Παρμενίδης ἓν μὲν τὸ πᾶν ὑποτίθεται ἀίδιόν τε καὶ ἀγέννητον καὶ σφαιροειδές, οὐδὲ αὐτὸς ἐκφεύγων τὴν τῶν πολλῶν δόξαν πῦρ λέγων καὶ γῆν τὰς τοῦ παντὸς ἀρχάς, τὴν μὲν γῆν ὡς ὕλην τὸ δὲ πῦρ ὡς αἴτιον καὶ ποιοῦν. Hippolytus I 11 cf. fr. 25.

7 Ὡς ὁ Ἀλέξανδρος ἱστορεῖ, ὁ μὲν Θεόφραστος οὕτως ἐκτίθεται ἐν τῷ πρώτῳ τῆς φυσικῆς ἱστορίας (Parmenideam rationem) ‘Τὸ παρὰ τὸ ὂν οὐκ ὄν, τὸ οὐκ ὂν οὐδέν, ἓν ἄρα τὸ ὄν’. Simplicius in phys. f. 25 r 16.

8 Λεύκιππος δὲ ὁ Ἐλεάτης ἢ Μιλήσιος — ἀμφοτέρως γὰρ λέγεται περὶ αὐτοῦ — κοινωνήσας Παρμενίδῃ τῆς φιλοσοφίας οὐ τὴν αὐτὴν ἐβάδισε Παρμενίδῃ καὶ Ξενοφάνει περὶ τῶν ὄντων ὁδόν, ἀλλ' ὡς δοκεῖ τὴν ἐναντίαν· ἐκείνων γὰρ ἓν καὶ ἀκίνητον καὶ ἀγέννητον καὶ πεπερασμένον ποιούντων τὸ πᾶν καὶ τὸ μὴ ὂν μηδὲ ζητεῖν ἐπιχειρούντων οὗτος ἄπειρα καὶ ἀεὶ κινούμενα ὑπέθετο τὰ στοιχεῖα τὰς ἀτόμους, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς σχημάτων ἄπειρον τὸ πλῆθος διὰ τὸ μηδὲν μᾶλλον τοιοῦτον ἢ τοιοῦτον εἶναι καὶ τὴν γένεσιν καὶ μεταβαλὴν ἀδιάλειπτον ἐν τοῖς οὖσι θεωρῶν· ἔτι δὲ οὐ μᾶλλον τὸ ὂν ἢ τὸ μὴ ὂν ὑπάρχειν καὶ αἴτια ὁμοίως εἶναι τοῖς γινομένοις ἄμφω· τὴν γὰρ τῶν ἀτόμων οὐσίαν ναστὴν καὶ πλήρη ὑποτιθέμενος ὂν ἔλεγεν εἶναι καὶ ἐν τῷ κενῷ φέρεσθαι ὅπερ μὴ ὂν ἐκάλει καὶ οὐκ ἔλαττον τοῦ ὄντος εἶναί φησι. παραπλησίως δὲ καὶ ὁ ἑταῖρος αὐτοῦ Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης ἀρχὰς ἔθετο τὸ πλῆρες καὶ τὸ κενόν, ὧν τὸ μὲν ὂν τὸ δὲ μὴ ὂν ἐκάλει· ὡς γὰρ ὕλην τοῖς οὖσι τὰς ἀτόμους ὑποτιθέντες τὰ λοιπὰ γεννῶσι ταῖς διαφοραῖς αὐτῶν· τρεῖς δέ εἰσιν αὐταί· ῥυσμὸς τροπὴ διαθιγή, ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν σχῆμα καὶ τάξις καὶ θέσις· πεφυκέναι γὰρ τὸ ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου κινεῖσθαι καὶ φέρεσθαι τὰ συγγενῆ πρὸς ἄλληλα καὶ τῶν σχημάτων ἕκαστον εἰς ἑτέραν ἐγκο-

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 10. 11 ἐπιχειρούντων scripsi συγχωρούντων libri || 13. 14 καὶ τὴν em. A. Kiesslingius ταύτην καὶ libri || 20 τὰς ἀρχὰς *O* || 21 ὡς ὕλην *O* || 22 γεννῶσι γὰρ ταῖς *O* || 23 διαθιγὴ Ald. διαθηγὴ *D* διαλοιγὴ ‘*A* et correctus *C*’ || 26 ἐγκοσμούμενον correxi ἐκκοσμ. Ald.

fr. 7 ὡς δὲ Θεόφραστος προήγαγε ‘τὸ παρὰ τὸ ὂν οὐκ ὂν, τὸ οὐκ ὂν οὐδέν’ Simplicius in ph. f. 29r cf. 25u. Ioannes grammaticus in phys. quat. b 4 u.

15 cf. Theophr. metaph. 7 p. 316, 20—24 Brand.

23 cf. Theophr. de sens. 60. Ioannes Alex. in Arist. de an. B 7u. in phys. c 8r. in Ar. de gener. et corr. f. 7r.

25 sq. cf. Democritus ap. Sextum adu. logicos I 117.

σμούμενον σύγκρισιν ἄλλην ποιεῖν διάθεσιν· ὥστε εὐλόγως ἀπείρων οὐσῶν τῶν ἀρχῶν πάντα τὰ πάθη καὶ τὰς οὐσίας ἀποδώσειν ἐπηγγέλλοντο ὑφ' οὗ τε γίνεται καὶ πῶς· διὸ καί φασι μόνοις τοῖς ἄπειρα ποιοῦσι τὰ στοιχεῖα πάντα συμβαίνειν κατὰ λόγον ..... καὶ Μητρόδωρος ὁ Χῖος ἀρχὰς σχεδὸν τὰς αὐτὰς τοῖς περὶ Δημόκριτον ποιεῖ τὸ πλῆρες καὶ τὸ κενὸν τὰς πρώτας αἰτίας ὑποθέμενος, ὧν τὸ μὲν ὂν τὸ δὲ μὴ ὂν εἶναι· περὶ δὲ τῶν ἄλλων ἰδίαν τινὰ ποιεῖται τὴν μέθοδον. Simplicius in phys. f. 7 r 6 — 25.

9 Ὁ μέντοι Θεόφραστος τοὺς ἄλλους προϊστορήσας 'Τούτοις' φησὶν 'ἐπιγενόμενος Πλάτων τῇ μὲν δόξῃ καὶ τῇ δυνάμει πρότερος τοῖς δὲ χρόνοις ὕστερος καὶ τὴν πλείστην πραγματείαν περὶ τῆς πρώτης φιλοσοφίας ποιησάμενος ἐπέδωκεν ἑαυτὸν καὶ τοῖς φαινομένοις ἁψάμενος τῆς περὶ φύσεως ἱστορίας, ἐν ᾗ δύο τὰς ἀρχὰς βούλεται ποιεῖν τὸ μὲν ὑποκείμενον ὡς ὕλην ὃ προσαγορεύει πανδεχές, τὸ δ' ὡς αἴτιον καὶ κινοῦν ὃ περιάπτει τῇ τοῦ θεοῦ καὶ τῇ τἀγαθοῦ δυνάμει'. Simplicius in phys. f. 6 u 20—25.

10 Καὶ τῶν παλαιῶν τινες ἐπέπληξαν τῷ Πλάτωνι λέγοντες ὡς οὐκ ὀρθῶς ἀρχὴν ἀρχῆς ἐπιζητεῖ καὶ γένεσιν ἀγεννήτου πράγματος· εἰ γὰρ καὶ τῶν πρώτων τὰ αἴτια ζητήσομεν καὶ τῶν αὐθυποστάτων γενέσεις ἐπινοήσομεν, εἰς ἄπειρον προϊόντες λησόμεθα καὶ τέλος οὐδὲν ἔχον τῆς θεωρίας· ὥσπερ γὰρ ὁ πάντα ἀποδεικτὰ νενομικὼς αὐτὴν μάλιστα τὴν ἀπόδειξιν ἀναιρεῖ, τοῦτον τὸν τρόπον καὶ ὁ πάντων αἰτίας ἐπιζητῶν ἄρδην ἀνατρέπει τὰ ὄντα πάντα καὶ τὴν τάξιν αὐτῶν τὴν ἀπό τινος ὡρισμένης ἀρχῆς προϊοῦσαν. τοιαῦτα μὲν ὁ Θεόφραστος ἐπιτιμᾷ τῷ Πλάτωνι περὶ τῆσδε τῆς ψυχογονίας οὐδὲ ἐπὶ τῶν φυσικῶν πάντων λέγων δεῖν

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 4 uerba Simplicii f. 7 r 21 καὶ τῶν ἐν ταῖς — 23 ἀποδιδόασιν ex p. 36, 12 sq. iterata omisi || 13 ἐπέδωκεν Ald. ἀπέδωκεν *D* || 16 δ' ὡς scripsi δὲ ὡς libri || 17 θεοῦ *D* θείου Ald. || τἀγαθοῦ scripsi τοῦ ἀγαθ. libri || 23 ἄπορον Monacensis || fort. ἔχοντες

fr. 10 ὁ μὲν Θεόφραστος εἰκότως ἀρχὴν κινήσεως τὴν ψυχὴν εἰπὼν οὐδὲ ἄλλο πρὸ αὐτῆς ὑποθέμενος ἀρχῆς οὐκ οἴεται δεῖν ἀρχὴν ἐπιζητεῖν· ἔμψυχον γὰρ καὶ αὐτὸς δίδωσι τὸν οὐρανὸν κτλ. Proclus ibid. p. 177 A Basil. 418 Schn.

ἡμᾶς ἐπιζητεῖν τὸ διὰ τί· γελοῖον γάρ φησιν ἀπορεῖν διὰ τί καίει τὸ πῦρ καὶ διὰ τί πῦρ καὶ διὰ τί ψύχει ἡ χιών. Proclus in Timaeum p. 176 C. D Basil. 416 Schneid.

II

11 *Καὶ Θεόφραστος μέντοι ἐν τῷ περὶ τῶν φυσικῶν δοξῶν κατὰ Πλάτωνά φησι γεννητὸν τὸν κόσμον καὶ οὕτω ποιεῖται τὰς ἐνστάσεις, παρεμφαίνει δὲ ὅτι ἴσως σαφηνείας χάριν γεννητὸν αὐτὸν ὑποτίθεται.* Taurus ap. Ioannem adu. Proclum VI 8 et 27.

ὁ δὲ Θεόφραστος εἰπὼν ὅτι 'τάχ' ἂν γεννητὸν λέγοι σαφηνείας χάριν ὡς καὶ τοῖς διαγράμμασι παρακολουθοῦμεν γινομένοις' φησὶ 'πλὴν ἴσως ἡ γένεσις οὐχ ὁμοίως ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν διαγραμμάτων.' id. ibid. VI 21 et 27.

12 *Θεόφραστος μέντοι φησὶ τοὺς γένεσιν καὶ φθορὰν τοῦ κόσμου κατηγοροῦντας ὑπὸ τεττάρων ἀπατηθῆναι τῶν μεγίστων, γῆς ἀνωμαλίας, θαλάττης ἀναχωρήσεως, ἑκάστου τῶν τοῦ ὅλου μερῶν διαλύσεως, χερσαίων φθορᾶς κατὰ γένη ζώων. κατασκευάζειν δὲ τὸ μὲν πρῶτον οὕτως· εἰ μὴ γενέσεως ἀρχὴν ἔλαβεν ἡ γῆ, μέρος ὑπανεστὼς οὐδὲν ἂν ἐπ' αὐτῆς ἑωρᾶτο· χθαμαλὰ δ' ἤδη τὰ ὄρη πάντα ἐγεγένητο καὶ οἱ γεωλόφοι πάντες ἰσόπεδοι τῇ πεδιάδι· τοσούτων γὰρ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὄμβρων ἐξ αἰδίου φερομένων εἰκὸς ἦν τῶν διῃρμένων πρὸς ὕψος τὰ μὲν χειμάρροις ἀπερρῆχθαι τὰ δ' ὑπονοστήσαντα κεχαλάσθαι, πάντα δὲ διὰ πάντων ἤδη λελειάνθαι· νυνὶ δὲ συνεχεῖς ἀνωμαλίαι καὶ παμπόλλων ὀρῶν αἱ πρὸς αἰθέριον ὕψος ὑπερβολαὶ μηνύματ' ἐστὶ*

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 16 *γῆς* *E* (i. e. excerptorum de mundo Philoneorum exemplar Aldinum a. CIƆCCCCLXXXXVII f. 233 sq.) *τῆς* libri || 18 *κατασκευάζειν* scripsi *κατασκευάζει* libri || 19 *ἐπ'* scripsi *ἔτι* libri || 20 *αὐτῆς* *E* *αὐτῇ* libri || 23 *εἰς ὕψος* *E* || 26 *αἰθέριον* om *E*

fr. 11 *τινὲς δ' οἴονται σοφιζόμενοι κατὰ Πλάτωνα γεννητὸν λέγεσθαι τὸν κόσμον οὐ τῷ λαβεῖν γενέσεως ἀρχήν, ἀλλὰ τῷ εἴπερ ἐγίγνετο μὴ ἂν ἑτέρως ἢ τὸν εἰρημένον συστῆναι τρόπον.* Philo *περὶ ἀφθαρσίας κόσμου* p. 490, 13 Mang.

fr. 12 cf. Osannus anal. hist. litt. II p. 62 sq.

τοῦ τὴν γῆν μὴ ἀίδιον εἶναι· πάλαι γὰρ ὡς ἔφην ἐν ἀπείρῳ χρόνῳ ταῖς ἐπομβρίαις ἀπὸ περάτων ἐπὶ πέρατα πᾶσα λεωφόρος ἐγεγένητο. πέφυκε γὰρ ἡ ὕδατος φύσις καὶ μάλιστα ἀπὸ ὑψηλοτάτων καταράττουσα τὰ μὲν ἐξωθεῖν τῇ βίᾳ τὰ δὲ τῷ συνεχεῖ τῶν ψεκάδων κολάπτουσα κοιλαίνειν ὑπεργάζεσθαί τε τὴν σκληρόγεων καὶ λιθωδεστάτην ὀρυκτήρων οὐκ ἔλαττον. Καὶ μὴν ἥ γε θάλασσα, φασίν, ἤδη μεμείωται, μάρτυρες δὲ αἱ νήσων εὐδοκιμώταται Ῥόδος τε καὶ Δῆλος· αὗται γὰρ τὸ μὲν παλαιὸν ἠφανισμέναι κατὰ τῆς θαλάσσης ἐδεδύκεσαν ἐπικλυζόμεναι, χρόνῳ δ' ὕστερον ἐλαττουμένης ἠρέμα κατ' ὀλίγον ἀνίσχουσαι διεφάνησαν ὡς αἱ περὶ αὐτῶν ἀναγραφεῖσαι μηνύουσιν ἱστορίαι· τὴν δὲ Δῆλον καὶ Ἀνάφην ὠνόμασαν δι' ἀμφοτέρων ὀνομάτων πιστούμενοι τὸ λεγόμενον, ἐπειδὴ ἀναφανεῖσα δήλη ἐγένετο ἀδηλουμένη καὶ ἀφανὴς οὖσα τὸ πάλαι. πρὸς δὲ τούτοις μεγάλων πελαγῶν μεγάλους κόλπους καὶ βαθεῖς ἀναξηρανθέντας ἠπειρῶσθαι καὶ γεγενῆσθαι τῆς παρακειμένης χώρας μοῖραν οὐ λυπρὰν σπειρουμένους καὶ φυτευομένους· οἷς σημεῖα τὰ τῆς παλαιᾶς ἐναπολελεῖφθαι θαλαττώσεως ψηφῖδάς τε καὶ κόγχας καὶ ὅσα ὁμοιότροπα πρὸς αἰγιαλοὺς εἴωθεν ἀποβράττεσθαι.... Εἰ δὲ μειοῦται ἡ θάλαττα, μειωθήσεται μὲν ἡ γῆ, μακραῖς δ' ἐνιαυτῶν περιόδοις καὶ εἰσάπαν ἑκάτερον στοιχεῖον ἀναλωθήσεται, δαπανηθήσεται δὲ καὶ ὁ σύμπας ἀὴρ ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον ἐλαττούμενος, ἀποκριθήσεται δὲ τὰ πάντα εἰς μίαν οὐσίαν τὴν τοῦ πυρός. πρὸς δὲ τὴν τοῦ τρίτου κεφαλαίου κατασκευὴν χρήσονται λόγῳ τοιῷδε· φθείρεται πάντως ἐκεῖνο οὗ πάντα τὰ μέρη φθαρτά ἐστι· τοῦ δὲ κόσμου πάντα τὰ μέρη φθαρτά ἐστι·

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 5 *κλάπτουσα E* || 9 *αὐταὶ E* || 12 *γραφεῖσαι E* || *τὴν δὲ* — 15 *τὸ πάλαι* om *E* || 21 fragmentum Pindari ab ipso Philone adiectum p. 511, 7 *διὸ καὶ* — 14 *αἰνιττόμενος* omisi cum *E* || 22 *δὲ E* || *ἀναλυθήσεται E* || 23 '*δὲ* restitui ex mss.' *Mang.* || 25 *τοῦ* addidi || 26 *κατασκευὴν κεφαλαίου E* || *χρήσονται* 'mss.' Mangeyi *χρήσεται* ante Mangeyum *χρῶνται E* || 28 *οὗ πάντα τὰ* scripsi *τὰ* om libri

7 cf. Arist. meteorol. II 1 p. 353 b 9—11.

φθαρτὸς ἄρα ὁ κόσμος ἐστίν .... (p. 512, 31) *Τὸν δὲ τέταρτον καὶ λοιπὸν λόγον ἀκριβωτέον ὧδέ φασιν· εἰ ὁ κόσμος ἀίδιος ἦν, ἦν ἂν καὶ τὰ ζῷα ἀίδια καὶ πολύ γε μᾶλλον τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὅσῳ καὶ τῶν ἄλλων ἄμεινον· ἀλλὰ καὶ ὀψίγονον φανῆναι τοῖς βουλομένοις ἐρευνᾶν τὰ φύσεως· εἰκὸς γάρ, μᾶλλον δὲ ἀναγκαῖον ἀνθρώποις συνυπάρξαι τὰς τέχνας ὡς ἂν ἰσήλικας οὐ μόνον ὅτι λογικῇ φύσει τὸ ἐμμέθοδον οἰκεῖον ἀλλὰ καὶ ὅτι ζῆν ἄνευ τούτων οὐκ ἔνεστιν· ἴδωμεν οὖν τοὺς ἑκάστων χρόνους ἀλογήσαντες τῶν ἐπιτραγῳδουμένων θεοῖς μύθων * * * εἰ μὴ ἀίδιος ἄνθρωπος, οὐδ' ἄλλο τι ζῷον, ὥστ' οὐδ' αἱ δεδεγμέναι ταῦτα χῶραι γῆ καὶ ὕδωρ καὶ ἀήρ· ἐξ ὧν τὸ φθαρτὸν εἶναι τὸν κόσμον δῆλόν ἐστιν.* Philo *περὶ ἀφθαρσίας κόσμου* p. 510, 11—512, 45 uol. II Mang.

13 *Δημόκριτος δὲ ὡς Θεόφραστος ἐν τοῖς φυσικοῖς ἱστορεῖ ὡς ἰδιωτικῶς ἀποδιδόντων τῶν κατὰ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ τὰ τοιαῦτα αἰτιολογούντων ἐπὶ τὰς ἀτόμους ἀνέβη.* Simplicius in Ar. de caelo p. 510ª41 Brand.

14 *Ὅσα γὰρ ἄλλα ταῖς ἀπαθῆ μὲν τὴν οὐσίαν ὑποτιθεμέναις αἱρέσεσι παραπλεκούσαις δὲ τὸ κενὸν ἐναντιοῦται τὰ μὲν ὑπὸ Ἀριστοτέλους τε καὶ Θεοφράστου λέλεκται τὰ δὲ κτέ.* Galenus de elementis sec. Hippocratem I 9 uol. I p. 486 Kuehn.

III

15 *Οἱ μὲν τὴν τοῦ ὅλου κίνησιν καὶ περιφορὰν τὸν χρόνον φασίν, ὡς τὸν Πλάτωνα νομίζουσιν ὅ τε Εὔδημος καὶ ὁ*

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 1 *ὁ κόσμος ἐστίν*: *καὶ ὁ κόσμος E* ‖ Philonea p. 511, 23 *ὃ δ' ὑπερεθέμεθα*—512, 30 *οὐκ ἔσται* omisi ‖ 2 *ἀκριβέστερον E* ‖ 4 *τὸ τῶν E* *τὸ* libri ‖ 5 fort. *φανήσεται* ‖ 6 *τὰς φύσεις E* ‖ 8 *φύσει ἐμμέθοδον τὸ E* ‖ 9 *οὐκ ἔστιν E* ‖ *ἀναλογίσαντες E* ‖ 10 * * deesse quibus *εὑρημάτων* tempora explicata erant uidit Mangeyus ‖ *εἰ μὴ E* '*εἰ* restitui ex mss.' *Mang.* ‖ 11 *ὥστε οὐδὲ E* *ὅτ' οὐδ'* edebatur ante Mangeyum ‖ 13 *τὸν κόσμον E* *τὸν* om libri ‖ 25. 26 *χρόνον φασίν* codex Parisinus regius 1907 *χρόνον εἶναί φασιν* Ald.

1 quartae caussae tractatio cum propositione p. 14, 13 parum congruit. 15 eadem Simplicius l. d. p. 511ª23. 515ª15. 25 *Πλάτων οὐσίαν χρόνου τὴν τοῦ οὐρανοῦ κίνησιν* Ps.-Plutarchus I 22.

Θεόφραστος καὶ ὁ Ἀλέξανδρος. Simplicius in phys. f. 165 r.

IIII

16 *Ξενοφάνης ἐκ νεφῶν πεπυρωμένων εἶναι τὸν ἥλιον ..... ἢ ὡς Θεόφραστος ἐν τοῖς φυσικοῖς γέγραφεν, ἐκ πυριδίων τῶν συναθροιζομένων μὲν ἐκ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, συναθροιζόντων δὲ τὸν ἥλιον.* Ioannes Stobaeus ecl. I 25, 1.

17 *Τοῦτον* (Pythagoram) *ὁ Φαβωρῖνός φησιν ...... καὶ τὸν οὐρανὸν πρῶτον ὀνομάσαι κόσμον καὶ τὴν γῆν στρογγύλην· ὡς δὲ Θεόφραστος, Παρμενίδην.* Laertius Diogenes VIII 48.

18 Hicetas Syracusius, ut ait Theophrastus, caelum solem lunam stellas supera denique omnia stare censet neque praeter terram rem ullam in mundo moueri: quae cum circum axem se summa celeritate conuertat et torqueat, eadem effici omnia quae si stante terra caelum moueretur. Cicero Luculli 39, 123.

20 *'Ἡ γὰρ μόνος ἢ μάλιστα Πλάτων τῇ ἀπὸ τοῦ προνοοῦντος αἰτίᾳ* (ut *ἕνα εἶναι τὸν κόσμον* probaret) *κατεχρήσατο' φησὶν ὁ Θεόφραστος τοῦτό γε καλῶς αὐτῷ μαρτυρῶν.* Proclus in Timaeum p. 138E Basil. 328 Schneid.

21 *Ὁ δημιουργὸς ἤρχετο τῆς συστάσεως τοῦ κόσμου ἐκ πυρὸς καὶ γῆς· δεῖ δὲ τὸ γενησόμενον σωματοειδὲς ἀντιτυπικὸν εἶναι καὶ ὁρατόν ... Θεόφραστός φησιν 'εἰ τὸ ὁρατὸν καὶ τὸ ἁπτὸν ἐκ γῆς καὶ πυρός ἐστι, τὰ ἄστρα καὶ ὁ οὐ-*

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 5 *ἢ ὡς* ex coniectura inserui || 6 *πυριδίων τῶν συναθρ. μὲν* scripsi ex Ps.-Plutarcho II 20 *πυριδίων μὲν τῶν συναθρ.* libri Stobaei

4 *τὸν δὲ ἥλιον ἐκ μικρῶν πυριδίων ἀθροιζομένων γίνεσθαι* (*Xenophanes statuit*) *καθ' ἑκάστην ἡμέραν* Hippolytus I 14.

11 *πρῶτος δὲ οὗτος τὴν γῆν ἀπέφηνε σφαιροειδῆ καὶ ἐν μέσῳ κεῖσθαι .... καθὰ μέμνηται καὶ Θεόφραστος ἐν τοῖς φυσικοῖς κτέ.* Laertius Diog. VIIII 21 cf. Ps.-Plutarchus III 15, 6.

13 *καὶ τὴν γῆν κινεῖσθαι κατὰ κύκλον, πρῶτον* (*Φιλόλαον*) *εἰπεῖν· οἱ δὲ Ἱκέταν Συρακούσιόν φασιν.* Laertius VIII 85.

ρανὸς ἔσται ἐκ τούτων· οὐκ ἔστι δέ'. ταῦτα λέγει εἰσάγων τὸ πέμπτον σῶμα τὸ κυκλοφορητικόν. Taurus ap. Ioannem adu. Proc. XIII 15 (I 8 u).

22 Θεόφραστος δὲ καὶ προσιστορεῖ τῷ Πλάτωνι πρεσβυτέρῳ γενομένῳ μεταμέλειν ὡς οὐ προσήκουσαν ἀποδόντι τῇ γῇ τὴν μέσην χώραν τοῦ παντός. Plutarchus quaestionum Platon. VIII 1 p. 1006.

V

23 Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν (physicorum) ὑπόλειμμα λέγουσιν εἶναι τὴν θάλασσαν τῆς πρώτης ὑγρότητος· ὑγροῦ γὰρ ὄντος τοῦ περὶ τὴν γῆν τόπου τὰ πρῶτα τῆς ὑγρότητος ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἐξατμίζεσθαι καὶ γίνεσθαι τὰ πνεύματά τε ἐξ αὐτῆς καὶ τροπὰς ἡλίου τε καὶ σελήνης, ὡς διὰ τὰς ἀτμίδας ταύτας καὶ τὰς ἀναθυμάσεις κἀκείνων τὰς τροπὰς ποιουμένων, ἔνθα ἡ ταύτης αὐτοῖς χορηγία γίνεται περὶ ταῦτα τρεπομένων· τὸ δέ τι αὐτῆς ὑπολειφθὲν ἐν τοῖς κοίλοις τόποις θάλατταν εἶναι· διὸ καὶ ἐλάττω γίνεσθαι ξηραινομένην ἑκάστοτε ὑπὸ τοῦ ἡλίου καὶ τέλος ἔσεσθαί ποτε ξηράν. ταύτης τῆς δόξης ἐγένοντο, ὡς ἱστορεῖ ὁ Θεόφραστος, Ἀναξίμανδρός τε καὶ Διογένης. Διογένης δὲ καὶ τῆς ἁλμυρότητος ταύτην αἰτίαν λέγει, ὅτι ἀνάγοντος τοῦ ἡλίου τὸ γλυκὺ τὸ καταλειπόμενον καὶ ὑπομένον ἁλμυρὸν εἶναι συμβαίνει. Alexander in meteorol. f. 91 r. uol. I p. 268 Id.

FRAGMENTA ΦΥΣΙΚΩΝ ΔΟΞΩΝ ΕΠΙΤΟΜΗΣ

24 Ξενοφάνους δὲ διήκουσε Παρμενίδης Πύρητος Ἐλεάτης· τοῦτον Θεόφραστος ἐν τῇ ἐπιτομῇ Ἀναξιμάνδρου φησὶν ἀκοῦσαι. Laertius Diogenes VIIII 21.

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 13 ἐξ αὐτῆς scripsi αὐτοῦ editiones || 15 fortasse ἔνθεν || 27 ἐν τῇ ἐπιτομῇ om *C*

18 de Anaximandro cf. Ps _Plutarchus III 16 Hippolytus I 6 p. 18 Gott.

26 eadem Suidas u. Παρμενίδης. sed Anaximandri discipulum Parmenidem dici non potuisse a Theophrasto constat ex ipsius uerbis fr. 6 cf. S. Karstenus ad Parmenidem p. 7 sq. uerum memorabile est quod Hippolytus cuius libro I plurima uestigia Theophrasteae doctrinae impressa sunt ab Xenophane (c. 14) Parmenidem (c. 11) disiungit.

p. 42, 6 cf. Theophr. de Sens. 4.

25 *Πρῶτος δ' οὗτος* (Parmenides) *τὴν γῆν ἀπέφηνε σφαιροειδῆ καὶ ἐν μέσῳ κεῖσθαι· δύο τ' εἶναι στοιχεῖα πῦρ καὶ γῆν καὶ τὸ μὲν δημιουργοῦ τάξιν ἔχειν τὴν δὲ ὕλης — γένεσίν τ' ἀνθρώπων ἐξ ἰλύος πρῶτον γενέσθαι — ταὐτὸν δ' ὑπάρχειν τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐξ ὧν τὰ πάντα συνεστάναι· καὶ τὸν νοῦν καὶ τὴν ψυχὴν ταὐτὸν εἶναι καθὰ μέμνηται καὶ Θεόφραστος ἐν τοῖς φυσικοῖς πάντων σχεδὸν ἐκτιθέμενος τὰ δόγματα.* Laertius Diogenes VIIII 21. 22.

FRAGMENTVM LIBRORVM II ΠΕΡΙ ΑΝΑΞΑΓΟΡΟΥ·

26 *Εἰπόντος τοῦ Ἀναξαγόρου ὅτι οὔτε τοῦ σμικροῦ ἐστι τοὐλάχιστον ἀλλὰ τὸ ἔλασσον ἀεὶ οὔτε τὸ μέγιστον, ὡς καὶ αὐτὴ ἡ λέξις τοῦ Ἀναξαγόρου δηλοῖ καὶ μέντοι Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ Ἀναξαγόρου δευτέρῳ τάδε γράφων 'ἔπειτα τὸ διὰ τοῦτο λέγειν πάντα ἐν παντί, διότι καὶ νὲ μεγέθει καὶ ἐν σμικρότητι ἄπειρα καὶ οὔτε τὸ ἐλάχιστον οὔτε τὸ μέγιστον ἔστι λαβεῖν, οὐχ ἱκανὸν πρὸς πίστιν'.* Simplicius in phys. f. 35 u.

INCERTA

27 *Θεόφραστος δέ φησιν ὑπὸ μελαγχολίας τὰ μὲν ἡμιτελῆ τὰ δὲ ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντα γράψαι* (Heraclitum). Laertius Diogenes VIIII 6.

28 (Democriti) *'μέγας διάκοσμος' ὃν οἱ περὶ Θεόφραστον Λευκίππου φασὶν εἶναι.* Laertius Diogenes VIIII 46.

29 (*Δημόκριτος*) *τὴν παρὰ τοῦ Δαμασίππου τοῦ πατρὸς οὐσίαν εἰς τρία μέρη νεμηθεῖσαν τοῖς ἀδελφοῖς τοῖς τρισὶ τἀργύριον μόνον λαβὼν ἐφόδιον τῆς ὁδοῦ, τὰ λοιπὰ τοῖς ἀδελφοῖς εἴασε. διὰ ταῦτά τοι καὶ Θεόφραστος αὐτὸν ἐπῄνει ὅτι περιῄει κρείττονα ἀγερμὸν ἀγείρων Μενελάου καὶ Ὀδυσσέως.* Aelianus uariae historiae IIII 20.

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE 4 *ἰλύος* Froben. *limo* mg Aldobrandinae interpr. *ἡλίου* libri, quod defendit Krischius theolog. p. 105 || 6 *ταὐτὸν* scripsi *αὐτὸν* libri *αὐτῶν* ex Wyttenbachii coniectura Huebnerus || *τὸν νοῦν καὶ τὴν ψυχὴν* F *τὴν ψυχὴν καὶ τὸν νοῦν* uulgo || 14 *τὸ* scripsi *τὰ* Ald.

24 *Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον Ἕλληνες ᾄδουσιν ὅτι φιλοσοφίας ἱμέρῳ πληχθέντες μηλοβότους εἴασαν γενέσθαι τὰς οὐσίας.* Philo de uita contempl. p. 473, 26 Mang. cf. Cicero tusc. disp. V 39.

VITA HERMANNI VSENERI

Natus sum Vilburgi Nassouiensium oppido a. d. VII kal. nou. a. CIↃIↃCCCXXXIIII Georgio Vsenero et Carlota parentibus optimis quo utroque iam orbatus sum. fidei addictus sum euangelicae. litterarum elementa doctus artibus liberalibus instructus sum a gymnasii quo patrium oppidulum ornatur praeceptoribus, e quibus Franckii uiri humanissimi et Rudolphi Krebsii I. Ph. f. graecae linguae peritia in primis insignis disciplinae plurima me debere lubenter profiteor; gratissima autem memoria Alfredum Fleckeisenum professorem nunc Moenofrancofurtanum colo cuius suaui consuetudine et adhortatione quanto opere sim ad litterarum antiquarum studia excitatus dici nequit. eis igitur studiis anni CIↃIↃCCCLIII aestiuo tempore Heidelbergae ubi praeceptorem in hoc litterarum genere praeter spem nanctus sum optimum amicissimumque Ludouicum Kayserum, deinde per annum fere Monachii operam dedi praeceptore praestantissimo Leonardo Spengelio, tum hieme anni CIↃIↃCCCLIIII — V in domo paterna peracta Gottingam me contuli C. F. Hermannum et F. G. Schneidewinum egregios uiros auditurus: quorum tamen cum disciplina per sex fere menses usus fuissem, subita insperataque duumuirum morte uidi academiam Georgiam Augustam concussam. denique autumno anni CIↃIↃCCCLVII Gottinga relicta inter huius academiae Rhenanae ciues P. F. Deitersio rectore magnifico receptus sum.

Per hoc studiorum academicorum tempus scholis horum interfui uirorum clarissimorum I. C. F. Baehrii, Cunonis Fischeri et Schenkelii, L. Haeusseri, L. Kayseri Heidelbergensium, L. Spengelii et G. H. Riehlii Monacensium, C. F. Hermanni, F. G. Schneidewini, Ernesti a Leutsch, Ernesti Curtii, Lotzii, Vlrichii, Waitzii Gottingensium, Friderici Ritschelii, Ottonis Iahnii, Petri Langii Bonnensium. egregia praeterea uirorum optimorum erga me beneuolentia factum est, ut et Gottingae et Bonnae reciperer in philologorum regia seminaria quorum exercitationibus illic Hermannus, Schneidewinus, Ernestus a Leutsch, deinde E. Curtius, hic F. Th. Welckerus et F. Ritschelius praeerant uiri longe celeberrimi. eis igitur omnibus ex animi sententia gratias refero quam maximas. uerum exoptatissimo hoc loco non possum non uti quo quot sint quantaque Ritschelii in me et Chr. A. Brandisii merita publice tester eorumque me in omne tempus profitear pie memorem.

SENTENTIAE CONTROVERSAE

I Isocratis quae feruntur VIIII epistolae genuinae sunt excepta tertia.

II Quod plures ab aliquo poeta fabulas scriptas quam superstites esse grammatici non raro referunt, eius discrepantiae haec est caussa quod integer numerus ex didascaliis, alter ex bibliothecae Alexandrinae siue Pergamenae tabulis repetebatur.

III Duae tantum antiquitatis sunt de Aeschinis oratoris praeceptoribus opiniones, Demetrii altera, audiuisse illum Isocratem primum, deinde Platonem, altera Idomenei Hermippi Caecilii, Alcidamantem eius fuisse praeceptorem.

IIII Aeschyli Pers. u. 94—102 Herm. post u. 112 conlocandos esse C. O. Muellerus mus. Rhen. alt. V p. 369 uerissime statuit.

V Timonis uersus apud Laertium Diogenem II 6

Καί που Ἀναξαγόρην φασ' ἔμμεναι ἄλκιμον ἥρω
Νοῦν ὅτι δὴ νόος αὐτῷ ὃς ἐξαπίνης ἐπαγείρας
Πάντα συνεσφήκωσεν ὁμοῦ τεταραγμένα πρόσθεν

glossemate *νοῦν* sunt duce Florentino libro liberandi scribendumque fortasse ita

Ὅττι δάμη Νόος αὐτῷ —.

In eiusdem uersu apud Laert. VIIII 52

Πρωταγόρης τ' ἐπίμικτος ἐριζέμεναι εὖ εἰδώς

scribo *ἐπίτριπτος*.

VI Theophrasti metaph. p. 320, 9—12 sic restituo: Ὑπὲρ δὲ τοῦ πάνθ' ἕνεκά του καὶ μηθὲν μάτην (sc. γίγνεσθαι) ἄλλως θ' ὁ ἀφορισμὸς οὐ ῥᾴδιος καθάπερ πλεονάκις λέγεται — πόθεν δ' ἄρξασθαι χρὴν καὶ εἰς ποῖα τελευτᾶν; — καὶ δὴ τῷ ἔνια μὴ δοκεῖν ἔχειν οὕτως ἀλλὰ τὰ μὲν συμπτωματικῶς τὰ δ' ἀνάγκῃ τινί.

VII Ciceronis ad famil. VIIII 1 ex libri Medicei uestigiis sic corrigo 'Videba*m* enim *inuitum* me in res turbulentissimas infidelissimis sociis demi*ssum* praeceptis illorum non satis paruisse'.

VIII Apud Seruium in Verg. ecl. I 66 'Oaxen *Philisthenes* (Philostenes *schol. codicis Bernensis p.* 7 *C. G. Muelleri*) ait Apollinis et Anchiales filium: hunc Oaxen in Creta oppidum condidisse quod suo nomine nominau[er]it' restituo *Philostephani* nomen.

VIIII Senarios ad seueriorem Graecorum normam M. Terentius Varro plerumque exegit.

X Progymnasmata quae uocantur iam initio primi a. Chr. n. saeculi in rhetorum ludis celebrabantur.

XI Artis ac disciplinae rationes in ludum non commode transferunt qui in linguae Graecae institutione ab Homero statuunt initium esse capiendum.